NECESSARIA INFORMATIO SUPER VIRI CLARISS. DOMINI REINHARDI BACHOVII...

Hermann Goëhausen, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
I 19

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-8. A. 15

Digitized by Google

Digitized by Google

NECESSARIA
INFORMATIO
Super
Viri Clariß. Domini
REINHARDI BACHOVII
Profeſs. & Doct. Heidelbergenſis
Animadverſionum
&
VIRI CLARIS. DN.
HELFRICI HUNNII PROF.
& Doct. Gieſſenſis reſolutionum
Ad Treutlerum libris
Juris Studioſis communicata
AB
HERMANNO Göehauſen/
Doctore & Profeſs. Rintelenſe.

Rintelij ad Viſurgim,
Impenſis Philippi-Jacobi Wagneri, Anno
Chriſti M DC XXIII.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO Domino,

DN. JUSTO HERMANNO,

Comiti Holſatiæ, Schaumburgi & Sternbergæ, Dynaſtæ in Gehmen & Bergen, &c.

Domino ſuo Clementiſsimo

PERSÆ quadam ſua Lege jubebantur, *Illuſtriſs. ac Generoſiſs. DN.* ut quandocunq; novus deſignaretur Rex, ei ſinguli pro

 ſuis

ſuis facultatibus munera offerrent, cumq; animi ſubjecti ſignificatione ſalutarent; Lex eadem me idem admonuit, debitæque inſuper ſubjectionis ratio juſſit, ut in ſuſcepta hac novi regiminis adminiſtratione, *Celſitud. Tuæ* pro Facultatibus ingenii mei munuſculum hocce offerrem, ſimulque eam ſubjecto animo ſalutarem: Fateor munuſculum vile & exile eſſe: Malui tamen vilis muneris, quam nullius dator, videri, cum non ignoraverim Perſarum iſtam legem, potius ad animi ſubjecti promptitudinem, quam ponderis oblati magnitudinem, reſpectum habuiſſe. Quapropter *Illuſtriſsime Dn.* præſens hocce literarium & levidenſe munuſculum, ſereno vultu, quod excelſi prorſus animi eſt, accipito, nec illud, quaſi ab exiguæ fortunæ homine oblatum, aſpernator: quod ſi obtinuero, non magnopere morſus ſugillantium & calumniantium linguas, quorum adeò multas timere & exſpectare dehinc neceſſe habeo,

beo,

beo, verebor; id verò obtinebo tanto magis, ſi etiam *Celſit. Tua*, alteram recenſuerim cauſam, quæ me impulit ut huncce meum tractatum nomini tuo inſcribere debuerim, cum enim ſtatim eum *Celſiſſ. Principis ac Dn. Dn. Erneſti, p. m.* Illuſtriſſimo nomini devoviſſem, tu verò *Illuſtriſſ. Juſte Hermanne* ejuſdem inclytus hæres factus ſis, ad alium utiq; ſine piaculo transferri non potuit, ireque non debuit, cum Juris Doctori, imò Studioſo, conſtare debeat, hæredem ejusdem poteſtatis jurisque eſſe, cujus fuerit defunctus. Cœterum, quam ob cauſam tum ſtatim *pientiſſ. Principi Erneſto*, eum devoverim, cauſa ſatis urgens fuerat, quam breviter mihi indicaſſe, *Illuſtriſſ. Tuæ Celſit.* veniâ & pace liceat. Cum *Vir. Reverend. & Magnif. p. m: Dn. Engelbertus* Wipperman *J. V. L. & Cathedralis Eccleſiæ Bremenſis Canon. Scholarcha*, in ultimo ſuo, quod condiderat, elogio, inter cætera ad pias cauſas relicta legata, plurimaque laudabilia inſtitu-

 ta alia,

ta alia, juris, cuj⁹ erat amantiſſimus, profeſſionem in Illuſtri quadã Academiâ, fnndari & inſtitui, teſtamentarios ſuos juſſiſſet, ejusq́ue gratiâ honeſtum ſalarium reliquiſſet, illi, ſicuti oportuit, hancce optimi & pii viri ultimam voluntatem exequi cupientes, humiliter *à pientiß. Principe, Illuſtriß. Dn. Erneſto*, petiêre, ejuſmodi profeſsionem in hacce inclyta Rintelenſi fundari & inſtitui, quod & obtinuerunt: Hujus igitur munus, cum omnium primo, ſic *pientiſ. Principe Erneſto* jubente & ratificante, mihi fuiſſet impoſitum, idcircò in gratæ mentis teſtificationem primitias haſce meas ſtatim *Illuſtriß. ejus Celſitud.* nomini devovere cœpi, quas quoq́ue obtuliſſem, niſi Mors, *heu*, prævenisſet. Tu accipito itaq́ue *Illuſtriß. Hæres*, eaſdem. Primum hoc eſt Pandectarum collegium, & quidem Studioſis Academicis, hic Rintelii à me propoſitum, & ab iiſdem etiam diſputatum, quod ideò nemini, præterquam vel ipſi Illuſtriſs. fun-

datori,

datori, ſi ſupervixiſſet, vel nunc Illuſtriſs. ejus Hæredi, offerri & inſcribi debuit. Sed jam ſatis Illuſtriſs. Celſit. Tuam moratus ſum, finiam voto ſolenni. Deus T. O. M. Illuſtriſs. Tuæ Celſitud. ad ſuſceptum regimen fortius & felicius ſuſtinendum, quævis tam corporis quàm animæ bona clementer largiatur: Quod votum ut fixum ratumq; eſſe velit omnibus animi ſuſpiriis eundem altiſsimum DEUM precabor ego humillimus.

Celſitud. Tuæ

Subjectiß.

Herman. Göchauſen/
D. & P. P.

LECTORI OFFICIA ET SALUTEM.

Non unum Doctorum noſtrorum, *amice & Studioſe lector*, de immenſa librorum copia, numeroq; penè innumero, quibus inprimis juris noſtri diſciplina nunc abundare cœpit, eſt & extat judicium. Quidam ſibi de eo oppidò gratulantur, contrà alii heu nimium querelantur. Et *hi* quidem ſcripturiendi libidinem, crambemq; multoties repetitam, incuſant. *Illi* verò Legum ſingularum enucleationem, diligentemq; quæſtionum reſolutionem deprædicant. Quorum ego contentiones dirimere non inſtitui. Quamvis ſanè cum aliis *de pluribus* conquerar, eos ambitioſis magnificisq; titulis ſua nobis venditaſſe, etiamq; theſauros ingentes pollicitos, carbones interim oſtentaſſe, atq; immania volumina confeciſſe, quorum doctrinam enchiridion comprehendere potuiſſet; Attamen cum quibusdam *de multis* mihi gratulor, eos omnes juris apices articulosq; diſcuſſiſſe, Legum intimiores ſenſus vigili curâ eruiſſe; atq; adeo pro virili univerſum jus noſtrū clarum illuminatumq; reddidiſſe, quantum autem *hi* de communi bono benè mereri mihi videntur, tantum *illi* objurgandi ſunt; atq; hinc judicium de ſcriptoribus noſtris fieri commodè poteſt; vel enim indagant ſtudiosè, eruunt acute, juſtitiæq; æquitatisq; præcepta in rē ipſam ſcitè deducunt & benè merentur; vel actum agunt, crambem bis co-

A ctam

ctam reponunt, aliorumq; ſcrinia compilant, & objurgandi ſunt. Quæ ut applicem, noviſti Studioſe Lector, duos Clariſs: juris Doctores, *Dn. Rein. Bachovium, Heidelbergenſem*, & *Dn. Helfr Hunnium Gieſſenſem*, Profeſſores, ſuperiorib. annis æqualia Volumina emiſiſſe, & alterum ad diſputationes *Hieron. Treutleri JCti celeberrimi* notaſſe & animadvertiſſe, alterum eas reſolviſſe. De eorum igitur laboribus & ſcriptis, tu quid judicare & concludere debeas, ſi ad præmiſſa aſſumendo ea quæ infra dicturus ſum, addideris, in propatulo erit. Ipſi Bach. & Hũn. æquo Lectoris judicio ſua ſcripta ſubmiſere, quod adeò à te exſpectant. De actione & lite jam antè tibi ex præfationibus eorũ conſtabit. Sane fatendum eſt *Dn. Bachovium* primum in hunc campum deſcendiſſe, priusq; notas ſuas in lucem dediſſe, quas *Dn. Hunnii* reſolutiones abſolutiſſimæ non longè ſubſecutæ fuere: Hujus Magnificum titulum cum *Bachovius in Præfatione ſecundi ſui voluminis*, nomini & exſpectationi non reſpondiſſe, *primò* ſcripſiſſet, poſtea *Hunnius in Præfatione etiam ſecundi ſui voluminis*, replicãdo illius Notas & animadverſiones ineptiſſimas vaniſſimasq;, dixit. In quo ſi ſubſtitum fuiſſet, facilius excuſationem haberemus, nam uterq; benignius videri potuiſſet, in rem, non in perſonam, ſcripſiſſe;

Sed pergit ibidẽ *Hunnius*, & *primo* perſonã conviciatur, ipſum *Bachovium* Scarabæum appellitans, qui tamẽ à maledictis & injuriis ad minimum perſonalibus antè abſtinuerat, quomodo ego quidem moderamen tutelæ inculpatæ, liceat ſic loqui, ſervatum eſſe, non video; Itaq; ad has provocatus *Bachovius*, ipſe in *Præfatione Vol: ſui tertii* acerbiſſimè reſpondit, & pro nomine Scarabæi alia repoſuit, & neſcio quibus non epithetis

Hun-

Hunnium ornavit, qui ideò iſtam præfationem, in *Præfatione etiam Vol: ſui tertii,* pro Famoſo libello habuit, Bachoviumq́; authorem hominem eſſe maledicentiſſimum, & conviciatorem petulantiſſimum, duplicavit. Adhæc Bachovius nondum aliquid regeſſit. Quando primum iſtas præfationes legi, ſtatim mihi verba *D. Hieronimi* occurrêre, qui à quodam injuriosè provocatus; Si & ego, reſpondit, tibi vellem pro maledictis maledicta rependere, quid aliud quam duo maledici eſſemus, &c. rectius adeò feciſſet ille, qui frenatis atq; coërcitis vanæ indignationis aculeis, patientiæ locum dediſſet, ſed ea eſt infirmitas humanæ naturæ, ut difficulter juſtũ dolorem temperare poſſimus, & ſæpiſſimè indignatio juſta vincat patientiam. Planè ei qui provocatus, quiq́; durante adhuc ira & perturbatione quid reponit acerbius, tantò magis ignoſcendum eſt, ut hoc quod *Bachovius in præfatione ſui Vol: tertii* in fine ſubjunxerat, ſe iſta necdum deferveſcente animo effudiſſe, non rectè *Hunnius in præfatione etiam ſui Vol: tertii* contra eundẽ adduxerit. Sed ego tanquam arbiter honorarius quidã litem hanc compoſiturus non intervenio, ſaltem eam ſcriptionis meæ cauſam habeo. Poſteaquam me præſide, privatâ disquitione theſes Treutleri, Studioſi quidam excuterent, ſimul præfatorum *Hunnii & Bachovii notas & reſolutiones* conjunxi relegiq;, atq; rationibus, quas ipſi pro vel contra Tr: afferebant, diligenter trutinatis, ubi Tr: defendendus & ubi deſerendus eſſet, obiter annotavi, Collegisq́; meis ſub finem diſputationis indicavi. Et deprehendi ſæpius Treutleri ſententiam citra manifeſtam cavillationem tueri non poſſe, adeo quandoq; ſolidè & acutè contra eam diſputabat

Bachovius, ut tum non ſemel Hunnii reſolutionum libros, abſolutiores magis deſideraverim. Sane non integrũ erat opponentibus meis illud dare reſponſi, quod tamen *Hunnius in Præfationibus ſuorum Volum: 2. & 3.* Bachovio dedit, objecta iſta puerilia & inepta eſſe, hoc ſiquidem oſtendendum fuiſſet. Quocirca ea quæ obiter, & inter tumultuariam lectionem obſervavi, cum ſtudioſis communicare volui, ut qui deinceps ex iis, mei futuri ſint Collegæ, ſententiam meam præſciant, adeoq; meliori ſuo fructu diſputent; quid enim juvat cavillari, & opponentis ſui animum ſiliquis paſcere? vel in ſpeciem ratiunculis quibusdam frivolis deductis, ipſum dimittere inanem? Atq; iſthæc cauſa eſt ſcriptionis meæ, quæ me apud *Dn. Bachovium, & Dn. Hunnium*, imò quemcunq; bonum, nam curvas & ſcævas mentes nihil moror, ab omni ſuſpicione detractationis aut calumniæ, facilè purgabit, quam anticipationem, ſcilicet quod excuſationem mediter priusquam accuſer, nemo, qui mores huj9 ſeculi novit, demirabitur.

Sunt verò tria ſcriptionis hujus capita. *In capite 1.* monſtrantur loci, in quibus *Dn. Hunnius* crambem, bis terriove coctam, repoſuit, & allegantur auctores, ex quibus reſolutiones ſuas deſcripſit. *In capite 2.* corriguntur graviora errata, quæ maximè in *Dn. Hunnii* tribus voluminibus, & *Dn. Bachovii* uno tantum volum: tertio, typographi reliquerunt, & annotantur errores, quos ipſi authores ſpartim immiſcuerunt. *In capite 3.* quæſtiones ipſæ conferuntur, & quæ pro vel contra *Tr: Bach: Hunniumvè* ſententia defendi debeat, ſubjicitur.

Caput

Caput I.

Pertinet hoc caput ad *ſolum Hunniū*, ſiquidē *Bachovius* bonâ fide ſemper egit, & ad eum locū ubi jam antè quæſtionē, quæ alibi recurrit, tractaverat, lectorē ſuum remiſit, neq;, ullibi, quod ſciam auctorū aliorum verba deſcripſit, quamvis aliquando ſenſum eorum laudabiliter expreſſerit, imitatusq; fuerit, & hoc potiſſimū quo-ad veteres & priſcos juris interpretes, quorum ſententiam & mentem ex obſoletis & obſcuris verbis, & quandoq; ex corruptiſſimo textu difficulter, aut vix, aliquis colligere poſſet: ſexcenta hujus exempla reperies apud ipſum, vide unum vol. 3. p. 1206. Tantum autem abeſt, ut Bachovius neotericorum operâ uſus fuerit, verbaq; eorum transſcripſerit, quin magis eos ubi allegat, ibi ferè etiam, non tamen ſine rationibus, culpet: veluti præcipuè A Fabrum *vol. 1. p. 393.* iterum, *p. 532 p. 716. p. 1050. p. 1084.* eundem *vol. 2. p. 39. p. 629. ibi, jura ut naſum cereum tractans. p. 660. vol. 3. p. 601.* Donell. *vol. 1. p. 892. p. 859.* eundem *vol. 2. p. 458. 459.* Cujac. *vol. 3. p. 487.* VVeſenb. Arumeum, quorum affirmationē ferè injurioſam in legem Dei eſſe inquit, *vol. 3. p. 1096.* Bocerum *vol. 1. p. 101. pr.* eundem *vol. 1. p. 331.* Duaren. *vol. 1. p. 676.* Minſ. *vol. 3. p. 430.* Sichard. *vol. 3. p. 587.* Paurm. *vol. 1. p. 101. in fine.* Lyklama *vol. 2. p. 907.* Coraſ: *vol. 2. p. 102.* Vultej. *vol. 1. p. 80. p. 234. p. 636.* Gœddeum. *vol. 1. p. 457.* aliosque alibi allegat & culpat. Ad *Hunnium* igitur in hoc capite me converto, cujus tamen non ſingula improbo, quod abſit quam lōgiſſimè, & qui hoc poſſem? ſed ſuperfluè iterateq; po-

ſita monſtro, & ad àuthores unde ſumpta ſint remitto, cætera ejus pertinaci ſtudio & labori do, & gratias dico.

Vol. 1, ex diſp. 1.

Itaque *in vol. 1. ex diſp. 1.* hæc ſequentia ſuperflua & deſcripta eſſe obſervavi.

Quæſtio 3. repetitur & recoquitur *eod. vol. diſp. 20. q. 20. & vol. 3. diſp. 23. q. 12.*

Quæſtiones 4. 51. 57. 58. 59. remittuntur ab eo ad reſ. Inſt. & hoc ſicuti rectè, adeò malè quæſtiones 5. 6. 7. 8. 9. & ſeqq. aliæ, hic reponuntur. Sciebat enim Hunnius, haſce ſuas Inſt. reſolutiones jam dudũ ante emiſſas, ab ſtudioſis raptim eſſe coemptas, quin etiam eas ante divulgationem multos ab ipſo precibus & precio impetraſſe deſcripſiſſeque, nec ignorabat: Itaque neceſſariò, vel etiam has illuc remittere, vel illas huc quoque reponere, ipſum oportuit,

Quæſtio 22. & partim 23. ex Harprechto *ad* §. *5. n. 150. Inſt. de act.* deſcripta eſt.

Quæſtio 30. ad verbum repetitur *vol. 3. diſp. 26. q. 3.*

Quæſtio 32. ex Niellio *1. diſp. Feud. th. 2.* deſumpta & huc tranſcripta eſt.

Quæſtio 35. ex Bocero *de inveſt. Feud. c. 3. n. 78. & ſeqq.* deſumpta eſt.

Quæſtio 38. ſub lit. D. ex *Vasquio 1. illuſtr. contr. 28.* reſoluta eſt.

Quæſtio 40. ex Matth. Steph. *de Idict. lib. 2. p. 1. c. 6. memb. 1. n. 73.* deſcripta eſt.

Quæſtio 42. ſolidius & diffuſius tractatur à ſuo Collega Nebelkräc *deciſ. 1.*

Quæſtio 45. reponitur *vol. 3. diſp. 23. q. 39.*

Ex diſp. 2. vol. 1.

Quæſtiones 1. 2. 8. 9. 10. 11. 14. & plures ſeqq. remittun-

tuntur quidem ad reſ. inſtit. ſed ex parte quoque hic pertractantur, & tamen illas, vel nudè remittere, vel plenè pertractare, decuiſſet; tantò etiam pejus, quod *d. q. 8. in vol. 3. diſp. 31. q. 48.* repoſuerit.

Quæſtio 3. & 4. recoquitur, *vol. 3. diſp. 25. q. 64.*

Quæſtio 5. repetitur *vol. 3. diſp. 32. q. 45.*

Quæſtio 13. tertiò cocta reponitur *vol. 2. diſp. 10. q. 14. vol. 3. diſp. 31. q. 52.*

Quæſtio 15. ex Bocero *c. 4. n. 21. de regal.* tranſcripta eſt.

Quæſtio 16. ex eodē Bocero *c. 3. n. 218. d. tr.* mutuata eſt.

Quæſtio 17. recoquitur *vol. 2. diſp. 18. q. 24.*

Quæ ſub qq. 18. 19. 20. 22. dicuntur, planè ſunt ex *Menoch. 2. de arbitr. 89. & 6. præſ. 53. tranſcripta.*

Quæſtio 26. remittitur ad tr. feudalem, & tamen in *vol. 2. diſp.* * *15. q. 22. in f. ferè,* dicitur, ſuprà de ea quæſtione prolixe & quantum ſatisfuerit, actum eſſe.

Sub q. 28. movetur alia quæſtio, quam Hunnius ſub q. 33. dicit ſe meminiſſe ibi motam, ſed eam *vol. 2. diſp. 15. q. 22.* reaſſumptam non meminit.

Sub q. 31. itidem alia proponitur quæſtio, quæ ad res. Inſt. remittitur, & tamen *vol. 2. diſp. 15. q. 17.* reponitur.

Quæſtio 40. remittitur, & tamen tractatur *vol. 2. diſp. 16. q. 21.*

Quæſtio 42. hic reſolvitur, & tamen ad tr. Feud. æque cum d q. 26. remittenda erat; de qua tu latiſſime vide *Bocer. c. 3. q. 2. de Iſucc. in feud.*

* *Nota, Utor hic et alibi ordine Hunnii, qui neſcio quā obrē diſp. de ſucc. ab int. diſp. de bō. poſſ. præpoſuerit.*

Ex diſp. 3. vol. 1.

Generaliter hic admonuiſſe lectorem ſufficiet. Dn. Hunniū in hac *diſp. 3. diſp. 6. diſp. 7. diſp. 16* & ſæpius alibi peccaſſe, quod bonam partem ex parvis ſuis tractatibus, in hæcce volumina tranſcripſerit, ad ſuperfluam

vero

verò remiſerit. Rectius vel ſingulas quæſtiones remiſiſſet, vel omnes huc transpoſuiſſet, aliter nec facerè debuerat, nec citra ſtudioſorū incōmodum fieri poterat.

Quæſtio 16. ad tract. de Idict. remittitur, de qua tamen *vol.3. diſp. 24. q. 2.* inquiſivit, quod nec ibi inopportunum eſſe, haud benè dixit, cum ſit ejus propria ſedes in hoc loco.

Quæ quæſtioni 20. obſtare videbantur, dicit à ſe diſſoluta in d. tract. de Jdict. cum & hoc factum ſit. *vol. 3. diſp. 24. q. 1.*

Quæſtio 23. repetitur *vol. 3. diſp. 31. q. 32.*

Quæſtio 30. in eodem volumine bis cocta reponitur, *diſp. ſeq. 6. q. 39.*

Quæſtio 34. recoquitur *vol. 3. diſp. 31. q. 54.*

Quæſtio 35. repetitur *vol. 3. diſp. 31. q. 50.*

Quæſtio 47. plenius reaſſumitur *vol. 3. diſp. 22. q. 40.*

Quæſtiones 49. ex Matth. Steph. 51. ex Zanger. 54. 56. ex Vultej. 61. ex Covarr. 69. ex Donell. locis ab Hunnio, eo nomine laudando, allegatis, excerptæ ſunt, & plurimum tractatus Hunnii de Idict: aliis, præcipuè Bocero de Idict. debet.

Ex diſp. 4. vol. 1. Quæſtio 1. & 2. ſunt ex Vultejo *c. 1. diſcept. ſchol.* reſolutæ.

Ante quæſtionem 15. poſita quæſtio, iiſdem verbis reponitur, *vol. 3. diſp. 31. q. 21.*

Quæſtio 19. repetitur *vol. 3. diſp. 31. q. 22.*

Quæſtio 24. repetitur *vol. 3. diſp. 31. q. 19.*

Quæſtio 34. repetitur *vol. 3. diſp. 31. q. 28.*

Quæſtio 42. latius reſolvitur ab *Hillig. D.E. lib. 19. c. 1. lit. L.* & repetitur *eod. vol. diſp. 20. q. 11.*

Ad quæſtionem 62. conferri poteſt Umm. *diſp. proces. 6. n. 43.*

Sub quæſtione 67. promiſit quidem Hunnius, ſe quæſtionem de mutatione libelli, in ſeq; lit. D. reſoluturum, nec tamen fecit, ut adeo ejus reſolutiones abſolutiſſimæ non ſint. Itaq; de hac quæſtione videri debet *Bach. vol. 1. p. 171.*

Ex diſp. 5 vol. 1.

In hac diſputatione quæ annotaverim pauca fuere, obſervavi maximè Bachovium quæſtiones 3. & 5. plenius reſolviſſe, eundemq; quæ Hunnius ante q. 7. de §. 4. I. de ſatisd. & ante q. 10. de juramento judicum, nudè poſuit, ſolidius pertractaſſe.

Quæſtio 3. repetitur *vol. 2. diſp. 8. q. 27.*

Quæſtio 13. repetitur *vol. 3. diſp. 26. q. 6. verſ. hæc porro exceptio.*

Quæ breviter Hunnius ſub *th. 10. lit. a. verſ. deinde & eo differunt &c.* poſuit, latius *vol. 3. diſp. 23. q. 50.* reſolvit.

Ex diſp. 6 vol. 1.

Hic plura mihi occurrêre, præcipua potius lectori, meis ex notatis deſcribam.

Quæſtio 4. reponitur *vol. 3. diſp. 20. q. 4. verſ. cæterum quod:* ut ad ſuũ tract. de pactis, fruſtra lectorẽ remiſerit.

Quæſtio 11. repetitur *vol. 2. diſp. 7. q. 21.* & quod magis mireris, iterum recoquitur *ead. diſp. 7. q. 33*

Quæſtio 14. repetitur *vol. 2. diſp. 3. q. 10.* quo eam, non ad tract. de pact. remittere debebat.

Quæſtiones 19. & 20. recoquuntur *vol. 3. diſp. 25. q. 32. verſ. & quidem quoad.* ad quem locum Hunnius *vol. 2. diſp. 1. th. 4. pr.* lectorem remittere debuiſſet.

Quæſtiones 21. & 22. ſub verſ. ſed utrum: repetuntur *vol. 2. diſp. 1. q. 56.*

Quæſtio 23. repetitur *vol. 3. diſp. 26. q. 20.* & iterum *eodem vol. diſp. 27. q. 19. verſ. obſervandum.*

Quæſtio 28. repetitur *vol. 2. diſp. de empt. & Vend. q. 12.*

Quæſtio 30. repetitur *vol. 3. diſp. 30. q. 41.*

Quæſtio 33. repetitur *vol. 2. diſp. de empt. & Vend. th. 3. in pr:* & iterum *eodem vol. diſp. 12. q. 19. verſ. ratio autem ſpecialitatis.*

Quæſtiones 31. 34. 36. vulgatiſſimæ ſunt, & latiſſimè à Vultej: Goed: Donell: Bocero reſolutæ, apud quos videri poſſunt.

Quæſtio 34. ad longum totidem verbis recoquitur *vol. 3. diſp. 19. q. 13. verſ. ſed fallitur author.* ubi fallitur ipſe Hunnius, quod in fine d. q. 13. dicat, reſponſionem ad L. 101. de V. O. alibi oſtenſam fuiſſe, cum maxime eam ibidem iisdem verbis ſubjecerit, ſed quæ eſt illa, non dicam, &c.

Quæſtio 37. repetitur. *vol. 3. diſp. 28. q. 20.*

Quæſtiones 40. 41. 42. plenius reaſſumuntur *vol. 3. diſp. 27. qq: 20. 21. 22. 24.* quæ ideo huc, non ad tract: de pact. remittendæ erant.

Quæſtio 48. melius reſolvitur *vol. 3. diſp. 20. q. 55. verſ. proinde ut de hac. &c.*

Quæſtio 53. repetitur *vol. 2. diſp. de empt: & Vend. q. 18.*

Quæſtiones 57. 58. recoquuntur *vol. 2. diſp. 11. q. 21. verſ. at quid de pact. &c.*

Quæſtio 59. verbô coctâ reponitur *vol. 3. diſp. 20. q. 7.* & iterum *eadem diſp. 20. q. 22.*

Quæ ſub q. 62. verſ. quam regulam ad eam &c. proponitur quæſtio, eâ ſimilimè reſolvitur apud *Rick: de uv: prol. p. 366. uſq. ad finem.*

Quæſtio 69. latiſſimè reſolvitur à *Marant. diſp. 10.*

Quæ-

Quæſtio 76. diffuſius tractatur à *Goed.* [illegible] quem Hunnius ſecutus eſt.

Quæſtio 78. repetitur *eod. vol. diſp. 26. q. 8.*

Quæſtio 80. recoquitur *vol. 2. diſp. 3. q. 9.*

Quæſtio 82. recoquitur *vol. 2. diſp. de empt. & Vend. q. 46.* & iterum *vol. 3. diſp. 27. q. 12. verſ. hactenus de contrariis. &c.*

In hac diſputatione præcipuum Hunnii peccatum eſt, quod tractatus ſui de transactionib. partem unam huc tranſcripſerit, ad partem alteram remiſerit. *Ex diſp. 7. vol. 1.*

Quæſtio 23. reaſſumitur *vol. 2. diſp. 8. poſt q. 33. verſ. valdè intricata eſt* &c.

Quæſtio 42. ex *Donello ad L. 8. C. de tranſa.* deſcripta eſt.

Quæſtio 48. repetitur *vol. 3. diſp. 32. q. 29.*

Quæſtio 51. repetitur *vol. 3. diſp. 32. q. 54. verſ. accedit quod ea* &c.

Quæſtio 58. repetitur *vol. 3. diſp. 23. q. 41. verſ. effectus ſententiæ potiſſimum;* qui locus arguit, Hunnium ſibi non conſtare,

Quæſtio quæ ſub finem hujus diſputationis remittitur ad tr. de tranſa: reſolvitur *vol. 2. diſp. 2. q. 52.* & copioſius ab *Arumæo diſp. 3. ad L. 2. C. de reſcind. Vend. th. 21.* quem Hunn: imitatus fuit.

Quæſtio 3. repetitur *vol. 3. diſp. 22. q. 18.* quorum locorum collatio Hunium in-advertentiâ lapſum oſtendet. *Ex diſp. 8 vol. 1.*

Quæſtio 6. latiſſimè diſputatur apud *Tholoz. 7. de*

rep. 11. ex quo eam tranſcripſit Hunnius.

Quæſtio 25. ex *Donello 18. com. 6.* tranſcripta eſt.

Quæſtiones 28. 29. totidem verbis per aliquot folia repetuntur, *vol. 2. diſp. 6. q. 59. verſ. cum igitur ex hactenus &c.* & inſuper illa eſt ex *Beza de polyg. in pr.* tranſcripta, De hac latiſſime *Meiſner Phil. Sobr. ſect. 2 c. 3.*

Quæſtio 30. repetitur *vol. 3. diſp. 32. q. 23.* & hic locus oſtendit Hunnium latinam ſimul & germanicam crambem bis coctam apponere.

Quæſtiones 32. 33. repetuntur *vol. 2. diſp. 3. q. 20. 21.*

Quæſtio 44. repetitur *vol. 2. diſp. 9. q. 20.* & iterum *vol. 3. diſp. 24. q. 16. verſ. recipit proinde creditor,* &c.

Quæſtio 47. repetitur *vol. 3. diſp. 24. q. 22.*

Ex diſp. 9. vol. 1. Quæſtio 1. repetitur *vol. 3. diſp. 21. q. 25. verſ. obiter*, &c.

Quæſtio 4. eſt ex *Gipban. lect. Alt. rubr. de procur. n. 7. & ſeqq.* extracta, qui plures differentias proponit.

Quæſtiones 9. 10. 11. doctiſſimè à Bachovio reſolvuntur *vol. 3. p. 733. & ſeqq.*

Quæſtiones 18. 19. 20. repetuntur *vol. 3. diſp. 33. qq. 11. 12 13 & 14.*

Quæſtio 42. ex *Harpr. ad tit. I. per. quos ag. §. 1.* deſumpta eſt.

Quæſtio 52. bonam partem debet *Rauchb. p. 1. q. 2.*

Quæſtiones 56. 57. repetuntur *vol. 3. diſp. 26. q. 9.*

Quæſtiones 65. 66. 67. repetuntur. *vol. 3. diſp. 24. q. 9.* & iterum totidem & iisdem verbis, *eod. vol. diſp. 33. qq. 27. 28.*

Quæſtiones 68. 69. repetuntur *eod. vol. diſp. 27. qq. 2 & 3.*

Quae-

Quæſtio 7. repetitur *vol. 2. diſp. 9. q. 26.* *Ex diſp. 10.*
Quæſtio 16. latius reaſſumitur hoc *vol. diſp. 18. qq. 17.* *vol. 1.*
28. &c.

Quæſtioni 18 ſubſerviunt quæ dicuntur hoc *vol. diſp. 20. q. 19.*

Quæſtio 19. ex Vultej: *diſcept. c. 15.* deſcripta eſt, contra quē cum prolixè Anton. Gotof. diſp. antivu: 4. diſputaverit, huc adeo ſatisfacere Hunnium oportuiſſet, ſcilicet abſolutisſimas reſolutiones daturum.

Quæſtio 10. repetitur *vol. 3. diſp. 3. q. 2.* *Ex diſp. 11.*
Quæſtio 31. repetitur *vol. 2. diſp. de empt. & vend.* *vol. 1.*
q. 44. & iterum iisdem verbis, *vol. 3. diſp. 26. q. 13. verſ. ſed num idem de metu.*

Quæſtiones 39. 40. 41. 42. repetuntur *vol. 2. diſp. 13. th. 7. lit. a per tot.* & denuo recoquuntur *vol. 3. diſp. 21. q. 39.*

Quæſtio 46. reaſſumitur *eod. vol. diſp. 30. q. 12.*

Quæſtio 55. recoquitur *eod. vol. diſp. 21. q. 54.*

Quæſtiones 67. 68. 69. reponuntur *vol. 3. diſp. 20. q. 12.* & diffuſius ab *Hillig D. E. 21. c. 13. lit. M. P.* pertractantur.

Quæſtiones 77. 78. latiſſimè reaſſumuntur *vol. 2. diſp. 8. q. 34 verſ. ſed an vice verſa:* & iterum *vol. 3. diſp. 29. q. 3.* ubi tamen conſuetò peccavit, quod aliò lectorem ad diſſolvenda pauca argumenta remiſerit, cum hoc ſupra prolixè ex reſol: inſtit: tranſcripſerit.

Quæſtio 81. partim repetitur hac *diſp. q. 84. verſ tertiò ſunt qui &c.* ſed hæc quæſtio 84. verſ. altera quæſtio &c, totidem verbis recoquitur, *vol. 3. diſp. 32. q. 57.*

Quæſtio 96. repetitur *vol. 2. diſp. 8. q. 41.*

Quæſtio 97. recoquitur *vol. 2. diſp. 17. q. 7.*

Quæſtio 98. recoquitur *vol. 3. diſp. 22. q. 17.* quam tamen fortioribus rationibus confirmavit *Bach. vol. 1. p. 445. & ſeqq.*

Ex diſp. 12 vol. 1.

Quæſtio 10. multis & iisdem verbis repetitur, *vol. 5. diſp. 23. q. 17. per totũ*; quæ latius reſolvitur à *Niell. diſp. feud. 10. th. 4. lit. e.*

Quæſtio 32. repetitur *vol. 3. diſp. 26. q. 6.* In hac quæſtione 6. obſervavi Hunnium, nomen Bachovii omiſiſſe, quod in iſta prius apposuerat. Et ut hoc addam, Hunnius in ſolo vol: 1. mentionem Bachovii fecit, & quidem *p.* 512. *p. 679. p. 909. p. 1139. p.* 1524. quibus in locis Bachovium ait, *à VERO SCOPO PLURIMUM* aberrare, quod ſæpius mirari ſubiit; Et debuiſſet Clariſs: Hunnius nec in re levi & facili Bachovium reprehendere, vel etiam in magis arduâ & difficili contra ipſum inſurgere, & pro Tr: ſalvando lectorem adjuvare. Sed Hunnius ſe Bachovii objectis non reſponſurum, in præfat. vol. 2. ſcripſit &c. Profecto ſi alibi fugere ignominioſum eſt, vide *Hũn: vol. 1. p. 1317.* maximè hoc caſu erit. Et utiq; ei, qui reſolvere vult, ad objecta reſpondendum eſt, etiamq; ad minima, ſi opus abſolutiſſimum ſcribere cupiat, & ſemper perſona ſuſcepta agenda eſt.

Quæſtio 34. ex *Donello 17. com. 24.* deſumpta eſt.

Quæſtio 38. recoquitur *vol. 3. diſp. 32. q. 5.*

Quæſtio 51. eſt de rarò contingentibus, attamen ab omnibus vexata & latiſs: à *Kubach cent. 2. dec. 6. q. 7.* reſoluta.

Quæ-

Quæſtio 52. repetitur vol. 3. diſp. 31. q. 71.

Quæſtio 53. latius eſt reſoluta ab [illegible] diſp. [illegible] 22. in coroll.

Quæſtio 1. latius pertractata eſt ab *Hillig. D. E.* [illegible] *lit. p.* — *Ex diſp. 13. vol. 1.*

Quæſtio 17. recoquitur *vol. 2. diſp. 11. q. 2.* ubi cætera, quæ hic omiſſa, ex reſ: inſtit. adjiciuntur, ut propterea ad illas lectorem remittere opus haut fuerit.

Quæſtio 20. reſolvitur etiam accuratè à *VVegner. diſp. 7. in cor:*

Quæſtio 21. tertiò cocta reponitur, *vol. 2. diſp. 11. q. 4.* & iterum *eod. vol. diſp. 16. q. 10* ut tantò pejus ad reſ: Inſt. hìc remittatur lector.

Quæſtiones 27. & 29. recoquuntur *vol. 2. diſp. 16. th. 5. verſ. hic conſideranda eſt &c.* De quæſtione poſteriore latè & benè *Hillig. D. E. 19. c. 4. lit. U.*

Quæſtio 38. recoquitur *vol. 2. diſp. 12. q. 13.*

Quæſtio 5. repetitur *vol. 2. diſp. 12. q. 17.* — *Ex diſp. 14. vol. 1.*

Quæſtio 6. repetitur *vol. 3. diſp. 27. q. 36.*

Quæſtiones 14. 16. 17. 19. 23. &c. ſunt ex Donello *19. com. 12. 13. 14.* reſolutæ.

Quæſtiones 24. 25. 26. 27. 28. totidem & iiſdem verbis repetuntur *vol. 2. diſp. 18. qq. 38. 39. 40. 41. 42.* ſanè Hunnius patientia lectoris abutitur.

Quæſtio 3. recoquitur *vol. 3. diſp. 19. q. 14. verſ. ut ita cardo hujus &c.* — *Ex diſp. 15 vol. 1.*

Quæſtio 7. recoquitur *vol. 3. diſp. 21. q. 36.*

Quæ-

Quæſtio 5. latius reaſſumitur *vol. 2. diſp. 4. q. 18.* & iisdem verbis *vol. 3. diſp. 21. q. 34.*

Quæſtio 11. doctius reſolvitur *ab Hillig. D. E. 20. c. 3. lit. d. & ſeqq.*

Quæſtio 19. repetitur *vol. 2. diſp. 8. q. 35.* & rurſus *vol. 3. diſp. 24. poſt q. 54. lit. C.*

Quæſtio 20. latius reaſſumitur *vol. 2. diſp. 7. q. 47.*

Quæſtionem 21 remittit ad tract: de æſtim: rer. quam tamen pluribus reſolvit *eod. vol. diſp. 18. q. 53.*

Quæſtio 24. repetitur *vol. 2. diſp. 18. q. 28.*

Quæſtio 25. repetitur *eod. vol. diſp. 21. q. 46. verſ. equidem non ignoro:* & iterum *vol. 3. diſp. 23. q. 48. verſ. equidem non ignoro.*

Quæſtiones 35. 41. latiſſimè reſolvuntur ab *Hillig. D. E. 20. c. 8. lit. S. & lit. Z.* cui Hunnio, quod aubi ſæpius Hilligerum adducat, & hic occurrere, incumbebat.

Quæſtiones 42. & 43. pluribꝰ reſolvuntur *vol. 3. diſp. 22. qq. 10. & 12.*

Quæſtiones 26. 27. 28. 29. 30. 31. recoquuntur *vol. 2. diſp. 18. qq. 30. 31. 32. 33. 34.* quæ etiam eodem ordine iisdem verbis in reſs: Inſt: proponuntur, ſanè ad nauſeam usq;

Ex diſp. 16. vol. 1. Quæſtio 14. repetitur *vol. 3. diſp. 27. q. 35.*

Quæſtio 21. brevitatis cauſa remittitur ad tract: de uſuf. de qua tamen fuſius dicitur *vol. 3. diſp. 29. q. 15.*

Quæſtio 26. recoquitur *vol. 3. diſp. 20. q. 27.*

Quæſtio 32. reaſſumitur *vol. 3. diſp. 21. q. 32.*

Quæſtio 34. reaſſumitur *vol. 3. diſp. 19. q. 18.* Ego potiora tantum collegi, errata minora facilè à quovis

addi

addi poſſint, nec diffitebitur Hunnius, ſe plurima ex Donello, ideo ſæpius allegato, planè deſcripſiſſe.

Maximum peccatum eſt, quod in hac diſputatione Hunnius quaſdam qq: plenè ex reſ. Inſtit: huc tranſcripſerit, quaſdã & eas ferè breviores remiſerit. Neq; diffitebitur ipſe, quod & hic Donelli ſtylum aliquando feliciter imitatus fuerit. *Ex diſp. 17 vol. 1.*

Quæſtio 7. doctiùs tractatur à *Bach. vol. 1. p. 658.*

Quæſtiones 26. 27. 28. recoquuntur *vol. 3. diſp. 25. qq. 52. 53.*

Quæſtio 31. repetitur *vol. 3. diſp. 19. q. 17.*

Quæſtio 5. eſt ex Zaſio *ad L. 2. §. 3. de reb. cred.* deſcripta. *Ex diſp. *18. vol. 1.*

Quæſtio 6. repetitur *eod. vol. diſp. 23. q. 8.*

Quæſtio 20. repetitur *eod. vol. diſp. 27. th. 6. in pr.*

Quæſtio 23. repetitur *vol. 2. diſp. 18. q. 23.*

Quæſtiones 25. 26. repetuntur *vol. 2. diſp. de empt. & vend. q. 16.*

** Nota: ſequor ordinem Hunnii.*

Poſt quæſtionem 39. lit. e. remittitur quæſtio feudalis ad tr: feud. quæ tamen *vol. 2. diſp. 12. q. 14.* pluribus reſolvitur.

Quæſtio 42. recoquitur *vol. 3. diſp. 29. q. 1.*

Quæſtio 43. tertiò cocta reponitur *vol. 3. diſp. 23. q. 51.* & rurſus *eod. vol. diſp. 29. q. 4.* Atq; hic tanto magis reprehendendus eſt Hunnius, quoniam vix aliquis negaverit id, quod toties dictis locis inculcatur, ut dubitaverit Donellus, unquam quidquam certius eſſe, hac ipſa quæſtione.

Quæſtiones 45. 46. 47. 48. 49. 50. totidem iiſdemq; verbis ex reſ. Inſtitut. tranſcripſit, & inſuper ibi inquit, ſe de hiſce qq. q[illegible]oq; egiſſe in tr: de æſtimatione rerum. Egiſſe itaq; Hunnio ſignificabit, crambem bis, ter, quaterve coctam repoſuiſſe.

Quæſtio 53. repetitur *vol. 2. diſp. 14. q. 6.*

Ex diſp. 19. vol. 1. Breviter tantum annotavi quæſtiones 24. 25. reperi *vol. 2. diſp. 13. th. 7. lit. C.* & eſſe ex *reſ: Inſtitut. lib. 4. parte 8.* tranſcriptas, quas tamen latius reſolvit *Hillig. D. E. 21. c. 3. lit. D. & Q.*

Quæſtio 22. recoquitur *vol. 3. diſp. 19. th. 4. in fine.*

Ex diſp. 20 vol. 1. Quæſtio 2. reaſſumitur *vol. 2. diſp. 3. q. 14.* & iterum *eod. vol. diſp. 13. th. 7. lit. C. in f.* & incidenter de hac quæſtione, aſt inoportune & loco plane alieno diſſerit Hunnius, quo nomine cum Tr: arguere ſoleat, tanto magis ipſe ſæpius argui poteſt & debet.

Quæſtio 8. late reſolvitur à *Niellio, diſp: Feud ult. coroll.*

Quæſtio 11. verſ. pœna ex reſcripto D. Hadriani: verbotenus ex *Menoch. arbitr: quæſt. caſ. 393.* tranſcripta eſt; ad quid, ego non ſatis aſſequor.

Quæſtio 21. repetitur *vol. 2. diſp. 2. q. 48.*

Quæſtio 27. repetitur *vol. 2. diſp. 15. q. 18.*

Quæſtiones 28. & 29. à *Tholoz. 7. de rep. 9.* prolixe agitantur, ex quo eas deſcripſit, Hunnius.

Ex diſp. 21. vol. 1. Quæſtio 11. reſolvitur plenius ab *Hillig. D. E. 24. c. 3. lit. P.*

Quæ-

Quæſtiones 16. 17. ſunt ex *Don.* 24. *c.* 21. transſcriptæ.

Quæſtiones 18. 19. 20. 21. ſunt ex Obrechto, loco allegato, reſolutæ.

Quæſtio 33. latius examinatur à *Cothm. conſ.* 82. *n.* 18. *& ſeqq.*

Quæſtio 37. reſolvitur melius *ab Hillig. D. E.* 24. c. 19. *lit. X.*

Quæſtio 38. latius reaſſumitur *vol.* 2. *diſp.* 4. *q.* 10. *verſ. pro hac autem ſententia.*

Quæſtio 46. recoquitur *vol.* 3. *diſp.* 23. *q.* 48. *verſ. ſed hoc in dubium.*

Quæſtio 18. repetitur *vol.* 3. *diſp.* 29. *q.* 10. *Ex diſp.* 22 *vol.* 1.

Quæſtio 23. repetitur *vol.* 3. *diſp.* 29. *q.* 4. *verſ. & hoc quidem de die certa.*

Quæſtio 29. recoquitur *vol.* 3. *diſp.* 27. *q.* 18. atq; ea longa crambe ad inſtar plurium eſſe poteſt.

Quæſtio 38. vulgata ſatis eſt, & Hunnius quidem Marcum Lyclamam refellit, quem tamen latiſſimè defendit & explicat, *Riemer dec.* 14. *q.* 1.

Ad quæſtionem 21. etſi ea totidem verbis ad longum ex Reſolut: Inſt. quin ex ipſo *Don: ad L.* 8. *de eo quod certo loco*, tranſcripta ſit, hoc tamen in Hunnio laudandum eſt, quod ipſe *vol.* 2. *diſp.* 3. *q.* 36. ſemel bona fide egerit, & ſummam hoc in loco dictorum, ibi tantum expreſſerit. *Ex diſp.* 23 *vol.* 1.

Quæſtio 27. repetitur *vol.* 3. *diſp.* 28. *q.* 5.

Quæſtio 28. repetitur *vol.* 3. *Diſp.* 27. *q.* 6.

Quæſtio 32. repetitur *vol.* 3. *diſp.* 28. *q.* 36.

Quæſtio 41. repetitur *vol. 2. diſp. 3. q. 38.* quo cum alia remittantur, conjunctim hanc quæſtionem remittere neceſſitatis erat; cætera quæ hic reſolvuntur, magnam partem Donello, *in tr. de eo quod certo loco, debent.*

Ex diſp. 24. Vol. 1. Unicum hic peccatum annotavi, quod plurium vicem ſubire poteſt. Quæſtio 3. recoquitur *vol. 3. diſp. 21. q. 12.*

Ex diſp. 25 vol. 1. Unicum etiam hic obſervavi, ſcilicet q. 7. ex reſol. Inſtit: tranſcriptam, melius à *Bachovio vol. 1. p. 943.* expediri & reſolvi.

Ex diſp. 26. vol. 1. Ex ſeqq: diſputationibus pauca quoad caput 1. deinceps annotare poſſum; juſto enim & fermè completo *vol. 1.* Hunnius tandem à repetitionibus abſtinuit remiſitq; : tametſi in ſubſeqq: diſputat: inveniantur illæ ipſæ repetitiones, ad quas in præcedentibus digitum intendi, ſed has è contrà ad illas conferre & remittere, operæ precium non eſt.

Quæſtio 12. eſt ex reſ. Inſtit: quin ex ipſo *Goëddæo de ſequeſtr. c. 1. n. 85.* tranſcripta; qui ſibi etiam eorum quæ de ſequeſtratione hoc loco dicta, majorem partem vindicare poteſt.

Quæſtio 13. reaſſumitur *vol. 3. diſp. 21. q. 28.*

Ex diſp. 27. vol. 1. Quæ *th. 3. ſub lit. C. verſ. quanquam enim Canones &c.* traduntur, jam ſuprà ſæpiùs ad nauſeam usq; inculcata repetitaq; ſunt, & denuo repetuntur *vol. 2. diſp. 1. q. 44.*

Quæ-

Quæſtio 7. repetitur *vol. 3. diſp. 30. q. 43.*
Quæſtio 9. repetitur *vol. 2. diſp. 12. q. 20.*

Hunnius diſput. 28. rejecit ad vol. 2

Quæſtiones 10. 11. recoquuntur *vol. 2. diſp. de emt. & vendit: qq. 41. 42.* & iterum *vol. 3. diſp. 27. qq. 51. 52.* & ſunt ex reſ. Inſtit. p. 843. tranſcriptæ. *Ex diſp. 29. vol. 1.*

Quæſtio 29. recoquitur *vol. 2. diſp. 2. q. 50.*

Quæſtio 49. verbotenus ex *Facbin. 1. c. 96.* tranſcripta eſt, cui quantum Hunnius poſt Donellum debeat, ipſe & ejus lectores ſciunt.

Sub. q. 57. dicit Hunnius ſe quæſtionem iſtam, an Emphyteuta donare, &c. diligenter, in ſuis reſ. Inſtit. tractaſſe, quàm deſumpſit exinde & *vol. 3. diſp. 20. q. 32.* tranſcripſit.

Quæſtio 13. ex reſ. Inſt: p. 1283. tranſcripta eſt, ad cujus *verſ. ad ſecundum reſpondeo &c.* obſervavi & annotavi, Hunnium ſæpiſſimè lectorem detinere, cum brevitatis cauſa, ut ipſe loquitur, ad præcedentia & ſuperius dicta, quæ tamen hoc in vol: dicta non ſunt, nusquamq; inveniri poſſunt, remittens. Sic hoc loco remittit ad proximam quæſtionem, ſed quærendo defatigabitur lector, antequam ſimile aliquid hic inveniat. Ita loquitur & remittit ſupra *diſp: 13. th: fin: in fine,* & alibi infra citatis locis: Quare ubi ejusmodi remiſſio occurret, adeundi ſunt Hunnii tractatus alii, ex quibus, quoniam quæſtiones de verbo ad verbum tranſſcribere ſolet, taliter lectoribus imponit. *Ex diſp. 30. vol. 1.*

Quæ-

Volumẽ 2. Ex diſp. 1.

Quæſtio 10. recoquitur hoc *eod. vol. diſp: 7. q. 27.* & rurſus *vol. 3. diſp. 20. q. 30. verſ: ſed utrum univerſorum.*

Quæſtio 11. recoquitur *vol. 3. diſp. 20. q. 30.* & totidem verbis iterum *vol: eod. diſp. 31. poſt q. 60. lit: D.*

Quæſtio 12. repetitur *eod. vol. diſp. 18. q. 11.*

In fine th. 2. ponitur electoralis conſtitutio, quæ rurſus ponitur *vol. 3. diſp. 24. ſub q. 31.*

Quæſtiones 18. 19. repetuntur *vol. 3. diſp. 24. th. 7. lit. E.*

Quæſtio 34. repetitur *vol. 3. diſp. 24. q. 7.*

Quæſtio 38. recoquitur *eod. vol. diſp. 3. q. 16.* & hæc longiſſima & intolerabilis repetitio eſt.

Quæſtio 49. repetitur *Vol. 3. diſp. 24. th. 6. pr:*

Quæſtio 67. repetitur *vol. 3. diſp. 21. q. 37.* & hæc quoq; longiſſima & inexcuſabilis repetitio eſt.

Videri vero poteſt, Hunnium ſcienter unam quæſtionem bis, terve iisdem verbis repetiiſſe; etenim quod *vol. 3. diſp. 22. q. 15. in f.* quæſtionem iſtam ad hunc locum remiſerit, argumento eſt ipſum ſcienter eandem quæſt: alibi repetiiſſe.

Ex diſp. de Empt: & Vend.

Quæſtio 1. verſ. hoc enim argum: repetitur *ead. diſp. q. 46.* & iterũ *vol. 3. diſp. 27. q. 12. in f.* & alibi quoq;.

Quæſtio 7. recoquitur *vol. 3. diſp. 27. q. 15.* atq; ea longiſſima & odioſa repetitio eſt, de qua quæſtione tamen operoſius *Bach. vol. 1. p. 1046.*

Quæſtio 10. itidem doctius reſolvitur à *Bach. vol. 1. p. 1060.*

Quæſtiones 13. 14. recoquuntur *vol. 3. diſp. 20. q. 17.*

Quæ-

Quæſtiones 21. 22. 23. cum non attingantur à Te o-peræ precium non erat, eas ex *reſ. Inſt. p. 355.* tranſcribere.

Quæ ſub q. 27. dicuntur hinc prorſus aliena ſunt, & jam ſuprà dicta, otioſè & odioſè hic repetuntur.

Quæſtio 28. ex reſ. Inſtit. p. 395. tranſcripta eſt, ubi inadvertentiâ lapſus eſt Hunnius, dum hic reſponſiones ad argumenta 6, 7. 8. poſita, omiſit, deceptus verbis: *ad poſtremum:* quæ licet errore quoq; in reſ. Inſt. ſcripta fuerint, attamen reſponſiones ad dicta argumenta ſubjectæ ſunt, unde eas lector accipiet.

Quæſtiones 38. 39. repetuntur *vol. 3. diſp. 24. q. 55. verſ. ſed quando venditor.*

Quæſtiones 47. 48 49. repetuntur *vol. 3. diſp. 27. q. 12.*

Quæſtio 55. repetitur *vol. 3. diſp. 19. q. 28.*

Quæſtio 21. ad nauſeam repetitur *vol. 3. diſp.* 20. *q.* 28. *Ex diſp. 2. vol. 2.*

Quæſtio 22. melius pertractatur à *Gœdd. de contr. ſtip. c. 5. concl. 19.*

Quæſtio 28. latiſſimè reſolvitur *à Caballino* §. *3. n. 46. cum multis ſeqq. de evict.* quem optimè ſequitur Hunnius hic fermè per totum.

Quæſtio 39. reſolvitur ab *Arumæo diſp. 4. ad L. 2. C. de reſc vend. lib. 1.* ex quo hanc & ſeqq: quaſdam alias Hunnius tranſcripſit.

Quæſtio 43 repetitur *vol.* 3. *diſp.* 23. *q.* 54.

Quæſtio 1. latè ab *Heigio lib. 2. q. 1.* reſolvitur, qui omninò videri debet. *Ex diſp. 3. vol. 2.*

Sub

Sub q. 18. verſ. quod à. præſcriptio: plenius reaſſumitur *vol.* 3. *diſp.* 22. *q.* 16.

Quæſtiones 29. 32. & quarundam aliarum ſeqq. reſolutiones ex Arumæo locis citatis tranſcriptæ ſunt, cujus tractatui de Mora, plurima in hac diſputat: accepto ferre debet.

Quæſtio 31. recoquitur *eod. vol. diſp.* 13. *in f. th. fin.*

Quæſtio 33. latiſſimè contra communiſſimam Dd: ſententiam reſolvitur *à Bach. vol.* 2. *p.* 147.

Quæſtio 37. recoquitur *vol.* 3. *diſp.* 27. *q.* 58.

Ex diſp. 4. *vol.* 2. Quæſtio 16. latius tractatur *vol.* 3. *diſp.* 31. *q.* 39. *& ſeqq.*

Quæſtiones 18. 19. recoquuntur *vol.* 3. *diſp.* 21. *qq.* 34. 35. Sed eſt intolerabilis hæc repetitio; aſt intolerabilior quæ jam ſequitur.

Quæſtiones, 21. 22. recoquuntur *vol.* 3. *diſp.* 26. *qq.* 22. *&* 24.

Quæſtio 25. repetitur *vol.* 3. *diſp.* 31. *q.* 34.

Quæſtio 26. latiſſimè reſolvitur à *Delrio. tom.* 2. *disq. mag. lib.* 4. *c.* 4. *q.* 5. *ſect.* 1. 2. *&* 3. quem potius vide.

Quæſtio 27. prolixè reſolvitur à *Bocero tr. de tort. c.* 3. *n.* 21. *& ſeqq.* Leviora in hac diſp. non annotavi; animadvertet verò lector plurima ex Menoch. de præſum. tranſcripta eſſe.

Ex diſp. 5. *vol.* 2. In hac diſp: ferè nihil annotavi, memini tamen quæſtiones 34. 40. in *vol.* 3. *diſp.* 31. & quæſtiones 37. 38. 47. in hoc *vol. diſp.* 10. recurrere.

Quæſtiones 17. 18. 19. &c. ſunt ex *Don: ad L. fin: C. de edend:*

Quæ-

Quæſtio 50. eſt [illegible]

Quæſtiones de teſte, principe, pupillo, infami, muliere, amico, vaſallo, fratre, &c. plenius & abſolutius pertractantur à *Farin. de teſtib. q. 56. & ſeqq.* ad quem adeo à Bach. hic remittuntur.

Quæſtiones 6. 7. verbotenus recoquuntur *vol. 5. diſp. 32. q. 24.* *Ex diſp. 6. vol. 2.*

Quæſtio 14. pertractatur latiſſimè à *Beza de repud. p. 99.* & *Bach. hic th. 1. lit. E.*

Quæſtio 21. tranſcripta eſt ex *Mentzero de Conjug. p. 39.* ubi obſtrepentem Bellarminum fuſe retundit, quem tamen ſequitur *Bach. th. 2. lit. E.*

Quæſtiones 23. & 24. ſimiliter & accuratè pertractantur à *Beza de repud. p. 23. Bach. th. 2. lit. F.*

Quæſtio 32. omnium fuſiſſimè reſolvitur à *Beza de polig. p. 49.* quem potius, qui plura de ea cupit, adire debet.

Quæſtio 31. ex Mentzero. Quæſtio 34. ex Beza, & plures aliæ ex hiſce duobus tranſcriptæ & reſolutæ ſunt.

Quæſtio 56. latisſime reſolvitur à Speckh. *cent. 2. cl. 2. q. 7.* ex quo eam planè tranſcripſit Hunnius.

Quæſtio 59. & quæ ſequuntur, planè ſunt ex Beza deſumptæ.

Quæſtio 66. ex *Mentzero d. tr. p. 214.* conjuncto *Beza de repud. p. 156.* omnino transſcripta eſt.

Notabis pro clauſula Hunnium quæ poſuit *lib. 1. tr. 3. reſ. Inſt.* huc verbotenus repoſuiſſe.

Quæſtio 21. recoquitur *in ead. diſp. q. 33.* *Ex diſp. 7. vol. 2.*

Quæſtiones 31. 32. recoquuntur *vol. 3. diſp. 28. q. 17.*

Quæſtio 41. recoquitur *vol. 3. diſp. 27. q. 24.*

Quæſtio 42. ad nauſeam repetitur *vol. 3. d.* [illegible] *q. 24.*

Quæſtio 43. accuratius perpenditur à *Bach. th.* [illegible] *a,* ubi vide.

Quæſtio 54. latiſſimè excutitur à *Bach. th. 11.* [illegible] quem adi.

Quæſtiones 4. 6. 7. ſunt ex *Fachin. 10. c. 31. 24.* [illegible] aliquot aliæ; neq́; enim placet ſingulas transſcriptiones monſtrare.

Ex diſp. 8. vol. 2.

Quæſtiones 5. 15. cum cœteris aliis ex *res. Inſtit. lib.* [illegible] *tr. 4.* ſolenni more tranſcriptæ ſunt.

Quæſtio 8. recoquitur *eod. vol. diſp. 12. q. 6.*

In quæſtione 12. in pr. ſic allegat: Tr. vol. 2. diſp. [illegible] th. 2. lit. C. debebat dicere; Tr. hic. ſed ipſe ad verbũ ex *res. Inſtit. lib. 1. tr. 4. q. 8.* tranſcripſit; ubi quoque *Philip. Herman. diſp. th. 3.* adducit, quod & eodem modo facit hic, pro quo pone. *Philip. Hoenon. diſp. 3. th.* [illegible]

Quæſtio 23. repetitur *vol. 3. diſp. 28. q. 38.* quæ latino-germanica crambe eſt.

Ex diſp. 9. vol. 2.

Quæſtio 5. optimè tractatur à *Bach. hic.*

Quæſtioni 19. conjunge *Fachin. 9. c. 13.*

Quæſtio 20. recoquitur *vol. 3. diſp. 24. q. 16. verſ. recipit proinde creditor.*

Quæſtio 22. diſtinctius reſolvitur *à Bach. vol.* [illegible] *484. & ſeqq.* Hunnius autem eam ex alio tranſcripſit, vide verſ. Etſi porro jure ſtricto: ibi: *ut latè explicabimus ad L. 1. C. de obligat. &c.* quod argumento eſſe poteſt.

poteſt, ad verbum hæc eſſe ex Donello tranſcripta,

Theſis ſin. abſolutiſſime reſoluta non eſt: quæſtionem iſtam, an magiſtratus Collegam ſuum dare tutorem poſſit, videbis apud *Sc. Gent. 1. de Jud. ad Orat. D. Marc. c. 3.*

Quæſtio 5. recoquitur *vol. 3. diſp. 25. q. 21. verſ. quocirca ex prædictis.* *Ex diſp. 11. vol. 2.*

Quæſtio 8. recoquitur *vol. 3. diſp. 20. q. 61.*

Quæſtio 14. recoquitur *vol. 3. diſp. 31. q. 52. & 58.*

Theſis 7. & 8. nimis jejune reſolvitur: vide igitur Bach. qui hic, ut & alibi, ſuo lectori abundè ſatis præſtitit.

Notabit lector Hunnium ex ſuis *reſ. Inſt. lib. 2. totum tr. 5.* huc, more non laudando, repoſuiſſe.

Quæſtio 4. recoquitur *eod. vol. diſp. 16. q. 10.* *Ex diſp. 12. vol. 2.*

Quæſtio 8. ex *reſ. Inſt. p. 562.* ad verbum tranſcripta eſt, ac ideo ſub *verſ. verum hoc argumentum &c.* peccatum eſt: quod enim dicit paulò infra ſe demonſtraturum, hoc jam ſub initio th. 1. demonſtraverat. Exemplum itaq; hoc eſſe poteſt notatorum *ad diſp. 30. vol. 1.*

Quæſtio 28. itidem ad verbum *ex reſolutionibus Inſt: p. 786.* tranſcripta eſt, itidemq; ſic peccatum *verſ. poſtremo quod hodiè:* etenim non ſupra, ſed infra hoc primum demonſtratur, *diſp. 15. q. 11.*

Quæſtio 30. recoquitur *vol. 3. diſp. 25. q. 9.*

Quæſtio 40. recoquitur *eod. vol. diſp. 12. q. 11.*

Quæſtio 52. repetitur *vol. 3. diſp. 24. q. 30.*

Quæſtio 55. plus ſubtilitatis, quam utilitatis habet.

 diſtin-

diſtinctius & nervoſius à *Bach. hic ad th. 5. lit. g.* reſolvitur, ex quo adeò apertius intelliges, quid in ea parte &c.

Ex diſp. 12 vol. 2. Quæſtiones 6. 8. 11. & cæteræ ſunt ex reſ. Inſt. tranſcriptæ; ſed ego hoc peccatum rariſſime denuo in ſeqq. annotabo, nimis enim ſæpè illud occurrit, ſufficit itaq; hoc præmonuiſſe.

Quæſtio 8. recoquitur *vol. 3. diſp. 21. q. 16.*

Quæſtiones 11. 12. diſtinctius & latius reſolvuntur à Bach. hic *à p. 706. ad p. 715.*

Quæſtio 14. latiſſimè reſolvitur à *Bocero de Iſuer. in feud. c. ult. q. 1.*

Hunnius th. 10. non reſolvit, ut adeò vel hinc eius reſolutiones abſolutiſſimæ non ſint, vide itaq; de *d. th. 10. Bachovium ibidem.*

Ex diſp. 13 vol. 2. Quæſtio 2. ex reſ. Inſt. p. 657. de verbo ad verbũ tranſcripta eſt, ideoq; ſub verſ. *ſic etiam non refragatur quod alia &c.* peccatum eſt; quæſtio etenim talis non hic, ſed in reſ. Inſt. d. ló. ſequitur. Exemplum itaq; hoc eſſe poteſt notatorum ad *diſp. 30. vol. 1.*

Quæſtio 5. recoquitur *eodem vol. diſp. 15. q. 33.*

Quæſtionẽ 6. abſolutiſſimè reſolvit *Bach. hic p. 737.* adeo ut ei nihil videatur poſſe addi.

Quæſtio 20. recoquitur *vol. 3. diſp. 27. q. 29.*

Quæſtio 24. recoquitur *vol. 3. diſp. 27. q. 30.*

Quæſtio 31. cũ litteris ſeqq. E. & F. recoquitur *vol. 3. diſp. 27. qq. 43. 44. 45.* atq; hæc intolerabilis repetitio eſt.

Theſin. 2. jejunè, imo nihil, reſolvit. Nam quæſtio 1. pertinet ad diſp. ſeq. de ſucceſſ: ab inteſt: ubi etiam eam tot verbis repetiit; & de quæſtionibus, quarum reſolutionem ad th. 4. ſeq. dejecit, nihil tamen dixit,

quæ

quæ quia utiliſſimæ ſunt, adeundus neceſſario Bachovius eſt.

Quæ in th. 7. ponuntur, fermè omnia jam ſupra iiſdem verbis *in vol. 1,* poſita ſunt, quæ ſi gravatur lector denuo relegere, adeat Bachovium, qui utiliter & perſpicuè hæc pertractat.

Quæſtio 3. longiſſima eſt, & ideò *ex reſol. Inſt. p. 694.* transſcripta, de qua quoq; videri poteſt *Bach. hic p. 853 & Hillig. D. E. 7. com. ult.* *Ex diſp. 14 vol. 2.*

*Q*uæſtio 4. eſt ex Donello, & ejus enucleatore, maximè excerpta, quem *vide 8. comm. 23. lit. D.* ut tamen melius quæſt: hanc intelligas, omnino adibis Bach. hic.

Theſin 8. obiter & vix reſolvit, quare neceſſarium erit ipſum Bach. inſpicere, qui & ibi quæſt: de herede fideicommiſſarii, accuratè contra Ant. Fabr. reſolvit.

*Q*ui quoq; Bachovius in th. 10. lit. K. quæſtionem de inſtituto in re certa, diligenter contra Marc. Lykl. perpendit, ut non erat, cur à lectore veniam peteret, quam non impetrabit modo, ſed inſuper gratias habebit immortales.

Quæſtio 9. reſolvitur ab *Harpr. pr. Inſt. de hered. quæ ab int. n. 443.* ubi plura congeſſit in hanc ſententiam probandam, & ibi plures habebis diſs. & conſentientes: ſicuti & in qq. aliis, quæ hac diſp. proponuntur. *Ex diſp. 15 vol. 2.*

*Q*uæſtio 16. elegantius & abſolutius reſolvitur *à Bach. hic. p. 1003. & ſeqq.*

Quæſtiones 18. 19. cum à Tr. non proponantur, non erat operæ precium eas *ex res. Inſt. p. 765. & ſeqq.* tranſcribere.

Quæſtionē 30. melius omnino reſolvit *Bach. p. 1020. & ſeqq.* cujus limitationes ego neceſſarias puto, cæteroquin ſimpliciter tale ſtatutum cum Hunnio non defendam.

Quæſtio 41. latiſſimè reſolvitur *à Bach. hic th. 5. lit. b. Harpr. pr. Inſt. de hered. quæ ab int. n. 368. & ſeqq.* ex quo eam & plures alias Hunnius repetiit: & de hac quæſt. quàm plurimos citat auctores *Forſter. de ſucc. lib. 8. c. 3.* quem ipſe ſimiliter in hac diſp. multis imitatus fuit. Forſterus tamen non ſemel à Bachovio hic vapulat.

---

ex diſp. 16. vol. 2. Sub quæſtione 9. agitur de bonorum poſſeſſionis diviſione, quam ſtabilit ac tuetur, rationes Forſteri expedens, *Gilken. de præſcript. p. 3. c. 1. n. 9. & ſeqq.*

Sub quæſtione 16. bis monet & inculcat, quæſtionem aliquam ſuprà à ſe reſolutam fuiſſe, quod ſi idem alibi ſemel monuiſſet, & à repetitionibus abſtinuiſſet, proculdubio lectori ſuo magis placuiſſet. Ita quæſtionem ſub *th. 5. lit. a.* de legitimâ liberorum: & quæſtionem 21. ad vol. 1. ubi haſce iiſdem verbis propoſuerat, remittere debuiſſet, maximè quod eas, ut ipſe ait, incidenter & quaſi obiter moverit hoc loco Tr. Et inſuper d. lit. a. peccatum illud occurrit, quod notavi *ad diſp. fin. vol. 1.* quod enim hic dicit, paulò ſuprà ſe demonſtraſſe, hoc factum eſt in *vol. 1. diſp. 13. q. 27.*

---

ex diſp. 17. vol. 2. In quæſtione 2. diſſentit à Tr. cujus ſententiam probat & tuetur *Bach. hic th. 2. lit. a.*

Quæ-

Quæſtio 7. huc nō pertinet, & jam ſuprà vol. [illegible] *th. iii.* eiſdem verbis poſita fuit.

Quæſtio 24. ſatis prolixè reſolvitur & diſtinguitur *Bach. hic th. 5. lit. c. verſ. huc pertinet.*

Quæſtio 30. itidem accuratè pertractatur ab eodem *d. th. 5. lit. g.* ubi omnino videbis. Sicuti quæſtionem 34. idem exactè reſolvit *th. 6. lit. a. verſ. ea quoq; quæ filius.* ubi diſſentientis Ant. Fabr. rationes benè refellit.

Quæſtiones ferè omnes *ex lib. 2. tr. 1. res. Inſt.* verbotenus huc tranſcripſit. *Ex. diſp. 18 vol. 2.*

Quæſtio ſub th. 1. lit. i. de communione bonorum, ex *Harpr. pr. I. de rer. diviſ. n. 54. & multis ſeqq.* tranſcripta eſt; quem eundem in pluribus quoq; aliis hic imitatus fuit.

Quæſtio 10. reſolvitur à *Gilken. de rer. diviſ. n. 22. cū ſeqq.* ubi ille noviſſimè dominium rerum corporalium tantum eſſe contendit, quem ſatis refutavit *Bach. hic th. 1. lit. L.*

Tota th. 4. th. 5. & media ex parte th. ſeq. 6. crambem bis coctam lectori reponunt, quam ſi faſtidit, de hiſce elegantiora videre legereque poterit apud Bach. qui ad ſuperius à ſe dicta fideliter remittit, reliqua verò explicat.

Sub quæſtione 13. intolerabilem crambem recoxit, & tamen dicit, à propoſito ſuo non eſſe alienum inquirere, an Minor obligetur? remittere debebat lectorem ad *vol. 1. diſp. 6.* quo, quod mireris, cum remiſit, poſtquam totam quæſt. tot & iiſdē verbis huc tranſcripſiſſet. *Ex diſp. 19 vol. 3.*

Quae-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quæſtio 22. melius reſolvitur *infrà diſp. 21. q. 44.*

Notâ; intelligo hic verſiû librû reſolutionum Hunnii.

Quæſtio 34. plenius reſolvitur *infrà diſp. 24. q. 11.*

Quæſtio 36. recoquitur *infrà diſp. 24. q. 16.*

Quæſtio in th. 6. ſub lit. C. propoſita, recoquitur *infrà diſp. 24. q. 19.*

Quæſtio 38. latius reaſſumitur *infrà diſp. 24. q. 14.* ſicuti & quæſtio 45. melius reſolvitur *infrà diſp. 22. q. 28.*

Ex diſp. 20 vol. 3.

Quæſtio 7. ſtatim infra hac diſp. recoquitur *q. 22.* Quæſtionem 30. minoribus literis hic denuo imprimi nil opus fuit; ſatis fuiſſet lectorem remittere ad *vol. 2. diſp. 1. q. 11.*

Sub q. 40. dicit ſe de ea *aliquoties* plenè dixiſſe, quid actû agere, crambem bis coctam reponere liceat. Semel de una re plenè dixiſſe ſatis eſt.

Sub quæſtione 61. *verſ. reſp. jam enim reſponſum fuit, &c.* dicit, ſe id infrà pluribus confirmaturum, ſed non facit, & ſi feciſſet, crambem recoxiſſet; ſiquidem hoc factum eſt *vol. 2. diſp. 11. q. 8.* Sed Hunnius quæſtionem hanc ex *res. Inſt. p. 510.* verbotenus tranſcripſit, ut adeo hoc ſit exemplum notatorum *ad diſp. 30. vol. 1.*

Quæſtiones 16. 26. 29. 30. 44. 51. 66. plenius & melius reſolvit Bachovius hic.

Theſis 5. exceptâ unâ quæſtione, bis appoſita eſt. Nõ eſt neceſsè monſtrare locos, ex quibus longiores qq: in hac diſp. reſoluerit & tranſcripſerit; ſiquidẽ ipſe Hunnius auctores ſuos allegavit, præcipuè *Bocer. de donat. Giphan. in lect. ad tit. de donat. cæterosq; alios.*

Ex diſp. 21 vol. 3.

Quæſtio 12. jam ſupra *vol. 1.* totidem verbis, & quidem iis à Borch. & Giphan. mutuatis, poſita fuit, vide igitur de ea *Bach. hic. p. 321. lit. K.*

Quæſtio 16. fruſtra & non niſi ad nauſeam hic reco-quitur, potiſſimum quod indigna diſſentientium ſit o-pinio in qua cõfutanda operæ aliquid ponatur, at *Bach. hic. p. 275. in m.*

Quæſtionem 24. etiam pulchrè reſolvit *Bach. hic p. 294. & ſeqq.*

In th. 3. ſub lit. c. pr. dicit Tr: quæſtionem iſtam obiter ac incidenter attingere, & tamen ipſe putat operæ precium eſſe, eam hoc in loco conſiderare, cum nihil minus quàm hujus loci ſit, & jam antè reſoluta *vol. 1.* unde præſtitiſſet ea cõſiderare quæ hujus loci ſunt, quod fecit accuratè Bach. hic.

Quæſtioni 27. omninò addenda erat explicatio, quidnam eſſet, animo retinere poſſeſſionem; quam igitur vide apud *Bach. th. 4. lit. b. pr.*

In th. 5. quinq; quæſtiones ſat longas in ſuperioribus poſitas, iiſdem verbis repoſuit, & præcipuè q. 37. quæ longiſſima eſt, & prorſus impertinens: ubi miror quare eam hic non remiſerit ad ſedem propriam *diſp. 1. vol. 2. th. fin.* cum id fecerit in *diſp. ſeq. q. 15. inf.*

Quæſtio 40. eſt ex allegato *Cludio de ſeq. c. 5. n. 90. & ſeqq.* deſcripta. In cœteris præter alios maximè *Gipban: in lect. Alt. ad tit. de acquir. poſſ.* imitatus fuit.

Ex diſp. 12 vol. 5.

Quæſtionem 10. diſtinctius & doctius reſolvit *Bach: hic th. 3. lit. A.*

Quæſtiones 13. & 14. facilius intelliges ex eod: *Bach. hic. th. 3. lit. G. & H.* quem omnino videbis, ubi Balbi propoſitiones, quas ex Dd. de Uſucapionibus cõtra minores, proponit, benè excutit & examinat.

Quæſtio 21. recoquitur infra *diſp. 31. q. 69.*

Quæſtio 33. omnino melius reſolvitur à *Bach. hic th. 5. lit. A.* ubi videbis diſtinctius de utraq; ſpecie ſucceſſoris, ſingularis & Univerſalis, ipſum dixiſſe.

Quæſtiones 42. 43. 44. & plures aliæ tranſcriptæ ſunt *ex reſ. inſt. lib. 2. tr: 3.*

Ex diſp. 23 vol. 3.

Quæſtio 6. melius pertractatur à *Bach: hic th. 2. lit. B. p. 429. & ſeqq:*

Sub quæſtione 12. intolerabilis repetitio eſt, & cum Hunnius ſtatim in limine Vol. 1. iſtam quæſtionem propoſuerit, omnino credam ipſum ſcienter hoc loco eandem recoquere.

In pr: quæſtionis 17. dicit de hac re ſupra *diſp. de judic.* prolixius actum fuiſſe, illud verò hic in controverſiam vocari: cum ſic quoq; recordari debuiſſet, de eodem *in d. diſp.* dictum & quidem prolixius, actumve fuiſſe, quæ neque ideo totidem verbis hic repetere neceſſe fuiſſet.

Quæſtionem 30. & alias ſeqq: ad longum ex Donello reſolvit: Bach. quidem p. 467. etiam hoc ex Donello propoſuit, ſed paucis & quidem ſuis verbis.

Quæſtio 42. ex Zaſio & Menochio alleg. loc. deſumpta eſt, ex quibus adeò errata corrigere debet lector.

In reſolutione quæſtionis 47. Hunn: & Bach. benè conveniunt, & mihi cum ipſis.

Quæ-

Quæſtio 51. recoquitur infra *diſp. 29. q. 4.* ex quo loco etiam reſponſionem ad 5. & ultimum argumentũ, quæ hic per incuriam omiſſa fuit, ſupplere debes.

Sub quæſtione 53. ponitur electoralis conſtitutio, quæ denuo totidem verbis ponitur infra *diſp. 29. q. 5. in fine*.

Theſin fin: pluribus verbis reſolvit quam Bachovius, quoniam in ea quinq́; crambes recoxit.

Hunnius hanc diſputationem, fuſiſſimè reſolvit, & eâ multa folia implevit, ſed ut plurimum th. 3. Zaſii. th. 4. Bruni, & ſub th. 6. & 7. Donelli ſui, rationibus & laboribus uſus fuit: cæteroquin etiam in *ead. diſp. ad 20.* repetitiones & bis coctas quæſtiones appoſuit. *Ex diſp. 24 vol. 3.*

Quæſtionem 20. vix ex Hunnio ſatis intelliges, qui eam ex Zaſio tranſcripſit: Zaſius vero confusè duplicem tractat quæſtionem, quæ omnino diſtinguenda videtur Bachovio hic, *p. 543. in fin. & p. ſeqq.* quem igitur adibis.

Quæſtio 26. verſ. & cum hæc quæſtio &c. recoquitur infra *diſp. 28. q. 29.* intolerabilis hæc repetitio eſt, & ad quam ipſius Hunnii verba, quæ habet infra *diſp. 29. q. 9. in medio*, hanc ſtultam & ineptam eſſe tautologiam & otioſam inculcationem, accommodari rectè poſſunt.

Quæſtio propoſita ad pr: th. 5. ex *Donello ad* §. *6. Inſt. de act:* tranſcripta eſt; Sed ei occurrit ex parte *Giphan: ad l. 25. de O & A. n. 29. & ſeqq. Anton: Matth. add.* §. *6.*

prolixius verò *Bach. hic th. 5. lit. A.* ex quibus apparet quod Hunnius hic dicit, communiter Dd. toto cœlo aberrare, ingentem eſſe hyperbolen, neq; dubito quin ipſe, cum Donello ſuo, turpiſſimè hic hallucinetur.

Quæſtio 47. repetitur infra *hac diſp. q. 56.*

Ex. diſp. 25 vol. 3.

Quæſtio 4. melius reſolvitur à Bach: hic th. 1. lit. B. pr: quem magis eſt, ut ſequar & defendam.

Quæſtio 9. remitti debebat ad *præced. diſp. 11. th. 4.* quomodo eam remiſit *Bach. hic p. 648. pr:*

Quæſtionem 14. ut rectius intelligas adibis Bach. *hic p. 650. & ſeqq.*

Quæſtiones 41. 43. 47. 48. & ferè omnes præcedentes & ſequentes aliæ, ſunt planè ex Menochio, locis à Tr: citatis, deſcriptæ, quem adi potius, Nam dulcius ex ipſo fonte bib: &c. In cæteris præcipuè hac diſp: laudat Donellum & Mindanum, qui tamen ſæpius hic à Bach. vapulant.

Quæſtiones 52. 53. prorſus hic ſuperfluæ & impertinentes ſunt, tàm quod Tr: hic dicat non neceſſe habere actorem ut probet adverſarii ſcientiam vel patientiam, quàm quod illæ *in vol. 1. diſp. 17. qq. 26. 27.* iisdem verbis reſolutæ fuerint.

Quæſtio 55. *verſ. interdictum unde vi:* imperfecta eſt, deeſt ſiquidem quarta opinio, quam videbis apud Menoch: ex quo tres aliæ fruſtra deſcriptæ ſunt, ſiquidem hæc quæſtio non iſtius momenti eſſe videtur, ut ſuper ea tam multa verba effundere debuerit Menochius, ait Bach: *hic p. 694 poſt pr.*

Ex diſp. 26 vol. 3.

Quæſtio 3. quoniam in diſp. 1. vol. 1. totidem verbis

ad longum poſita fuit, hinc Bachovius hoc in loco, p. 718. in t. Hunnium prolixe refutavit, ejusq; judicium admiratus fuit.

Quæſtionem, an procurator in criminalibus admittatur, diſtinctè & fusè reſolvit *Bach. hic th. 3. lit. g.* quē adi: adi quoq;, ſi placet, *Hilligerum D. E. 18. c. 10. lit. e.* ubi quam latiſſimè eandem tractat.

Quæſtio 10. longa eſt, & ideò ex *reſ. inſt. p. 1231. & ſeqq.* tranſcripta eſt.

Theſin 7. & 8. abſolutius & melius explicavit Bach. quem adibis. Hunnius verò duas tantum qq. in iis reſolvit, imò recoxit.

Quæſtio 1. & 17. latius & verius reſolvuntur à Bach. *hic th. 1. lit. a.* ubi rationes Gœddæi, quas reperit hic Hunnius, examinat, & *th. 2. lit. d. p. 819. & ſeqq.* *Ex diſp. 29 vol. 3.*

Quæſtio 3. eſt ex eodem *Goëddæo de contr. ſtip. c. 2. concl. 1.* tranſcripta.

Quæſtiones 2. 3. 5. 9. 10. 11. & plures aliæ ſeqq. ex reſ. Inſt. verbotenus tranſcriptæ ſunt, & illarum aliquæ etjam in *vol. 1. & 2.* jam antè propoſitæ, habet namq; hæc diſputatio ſupra 20. bis coctas crambes & odioſiſſimas repetitiones: Quoad cœtera hanc diſputat: ad dimidium ex tract. *Donell. & Gipban. de V. O.* deſcripſit, & planè ex iis auctoribus huic diſputat: ob errata typographi lux inferenda eſt.

Quæſtio 1. & quædam aliæ ſeqq. ſunt ex *Heringio de fidei. c. 1.* tranſcriptæ, quem Bachov. non ſemel in hac materia erroris arguit. *Ex diſp. 30 vol. 3.*

 Quæ-

Quæſtio 18. eſt ex *reſ. Inſt. p. 1033. & ſeqq.* de qua tamen fuſius & plenius *Gœdd. de contr. ſtip. c. 6. n. 392. & multis ſeqq.*

Quæſtio 20. doctius & fuſius reſolvitur à Bach. hic. th. 3. lit. b. quem omninò vide.

Quæſtionem 29. dicit hoc loco excutiendam eſſe, quàm tamen excuſſit ſuprà *eod. vol. 3. diſp. 24. q. 26.* & hæc difficilis crambe eſt.

Quæſtiones 36. & 38. benè reſolvuntur & explicantur à Bach. *hic p. 947. & ſeqq.* cujus ego veſtigiis inſiſtere malo.

Ex diſp. 29 vol. 3. Quæſtio 1. elegantius veriusq; reſolvitur à Bach. hic. th. 2. lit. b.

Theſin fin; non reſolvit quæ tamen omninò pro veri contrà Tr: reſolvenda erat; puerilia namq; non ſunt objecta, quæ hic Bachov: notat & animadvertit, quem vide, & quem adeò contrà Tr: ſequar defendamque. Et reverà nimis jejunè Hunnius totam hanc diſput: reſolvit; & quidem eâ tantum. 22. implevit folia, ſed ex quibus dimidia pars crambem bis coctam appoſitam continet. Bachovius ergò omninò adeundus eſt.

Ex diſp. 30 vol. 3. Sub quæſtione 10. poſita Electoralis conſtitutio iterò ponitur infrà *diſp. 32. in fin. th. fin.*

Sub quæſtione 12. poſita Carolina conſtitutio tot verbis denuò ponitur in q. 20. Item poſita ſub quæſtione 15. rurſus ponitur in q. 20. Item poſita ſub quæſtione 21. iterum ponitur in q. 24.

Quæſtio 26. latiſſimè in contrarium reſolvitur à Bach. *hic. th. 3. lit. g.* Quæ-

Quæſtio 36. eſt ex *Bocero de fam. libell.* deſumpta.

Quæſtio 47. recoquitur *diſp. ſeq. 31. q. 5.* ubi Hunnius quæſtionem hanc ex Boceri tractatu, ad quem lectorem hic remiſerat, tranſcripſit.

Ex diſp. 31. Vol. 3.

Quæſtio 10. eſt ex *Fachin. 1. c. 28.* tranſcripta.

Quæſtio 12. & quæ ſeqũntur plures aliæ ſunt ex Claro locis à Tr. allegatis tranſcriptæ.

Poſt quæſtionem 18. lit. d. poſita Carolina Conſtitutio iterum ponitur *in pr. th. 6.*

Sub quæſtione 39. poſita Conſtitutio, ſtatim poſt *in q. 43.* denuò ponitur. Et habentur præterea in hac diſp. plus minus quam 17. odioſæ repetitiones, ex quibus inſigniores ſunt *qq. 34. 50. 52. 54. 69. 71. &c.*

Quæſtiones 61. 66. & ſeqq. aliæ, verius & elegantius conſiderantur à Bach. *hic p. 1205. in medio p. 1209. in medio.*

Ex diſp. 32 vol. 3.

Quæſtio 5. eſt inſignis repetitio *vide Vol. 1. diſp. 12. q. 38.*

De quæſtione 21. vide pulchrè Bach. *hic th. 1. lit. K. pr:*

Quæſtiones 23. & 24. longiſſimam crambem bis coctam apponunt, & quia lectorem nõdum priorem concoxiſſe credo, locos hic non allego.

In quæſtione 30. Hunnius excutit ſuam memoriam, & meminiſſe ſe dicit *aliquid* de ea ſupra dictum fuiſſe, Et ergo quanto magis ipſum locorum meminiſſe oportebat, in quibus *multum* & per aliquot folia, de unâ quæſtione, ſupra dixerat.

Quae-

Sub quæſtione 61. incipit tandem Hunnius remitte-re, ſed ſcilicet juſto & completo Volumine; cæterum Harprechti tractatū criminalem & Boceri de crim. Maj. in hac diſp. in manibus habuit.

Ex diſp.33 fin. vol. 3. Quæſtiones 11. 12. 13. 14. inſignem crambem bis coctā apponunt, vide *vol. 1. p. 626. & ſeqq.*

Quæſtio 39. rectius pertractatur à Bach. *hic p. 1340. & ſeq.* qui etiam plenius *th. 7. & 8.* reſolvit, ut adeo lector eum adire neceſsè habeat. Cæterum Hunnius per totam hanc diſp. allegat, ferè non niſi Scacciam, quem itaq; lector inſpiciat: Ego quidem auctores, quorum in unaquaq; diſp: nomina apposui, diligenter inſpexi, capita & loca ex quibus Hunnius ſæpius verbotenus tranſcripſit, etiam annotavi, quæ lectori communica-re conſtitueram, ſed quoniam hoc peccatum ſæpenumero occurrit, & aliàs facilè à quovis notari poteſt, nolui & tempus & chartam, malè collocare & perdere.

Interim ſi lector folia ſuperflua, id eſt, in quibus Hunnius crambem bis coctam repoſuit, numeraverit; ſi etiam ad autores ſingula quæq; unde deſumpta ſunt remiſerit; ſi deniq; textuum juris Saxonici, Canonici, Civilis & Noviſſimi, ad longum aſcripta verba, ſubdu-xerit, ſic in quantum emendis iſtis voluminibus dece-ptus ſit, ſtatim intelliget. Videri tamen potuiſſet, ideo Hunnium aliorum ſcrinia compilaſſe, & ſingula in hæc volumina collegiſſe, ut pauperioribus ſtudioſis conſultum eſſet; niſi *otioſæ & odioſæ* repetiones, *ipſius q. textus* aſcripta verba intentionem iſtam excluderent. Ecquis enim ſtudioſorum juris eſt, etiam pauperrimo-rum,

rum, qui corpus Juris Civil. vel Canonici non emat habeatve? & vulgatum illud eſt, in juris ſtudioſo *tertium* quod deſideretur, eſſe crumenam auream. Sed ego plura non dicam, neq; recitabo hic carmen ex *Horat. lib. 1. Epiſt.* ad Jul. Florum, verſ: monitus, multumq; monendus, Privatas ut quærat opes; &c. Lector, ſi vacat, ipſe legat, & applicet. Saltem ego cum *iſto carmine* hoc caput primum finio.

Caput 2.

NOn exiſtimabis lector, me ſingula errata typographica annotaſſe, ſed graviora tantùm, & quæ te morari poterant; neq; verò etiam ſingulos errores caſtigaſſe, ſed aliquos tantùm, & qui inter potiores videbantur. Præcipuè verò *Dn. Hunnii* tria volumina typis malè deformata, malè concinnata ſunt, ut Lectori nauſeam vel ſola poſſit movere litera. *Dn: Barbovius* duo priora ſua volumina ipſe correxit, in tertio autem rariſſimè à typographo peccatum eſt (Vide in fine hujus c. 2. errata vol. 3. annotata) Majores itaq; ei gratiæ habendæ, quod etiam non attentâ oculorum imbecillitate & valetudine, de qua *in præfat. 2. vol.* queritur, libros ſuos relegere, neque lectorē incorrecto textu obruere voluerit. Sed Hunnius ſeſe *in præfat. vol. 3.* excuſavit, quod à typographaria officina longius abfuerit, quamvis per alium commodè huic malo occurri potuerit & debuerit.

Treutleri Vol. 1. diſp. 1. Hunnius.

In q. 15. n. 2. & 3. pro: de obligat: lege: de orig.
In q. 20. verſ. tertia opinio: pro: naturalis lege

gentium. *In q. 21. n. 7.* adde: ff. de ſicar. *In q. 29. verſ. exemplo eſt don.* pro Civilis: lege: gentium. *In q. 33. n. 2.* pro: ff. lege: C.

In *q. 25.* defendit teneri unumquemq; alios defendere; Quod ego quidem crediderim *licere,* ita ut defendendo alterum permiſſum ſit occidere, ſed *obligari* quem, facilè non dixerim; Et quamvis citrà dubium peccet, qui hominem in periculis deſerit, nulla tamen Jcivili in eum pœna conſtituta eſt *arg. l. 14. §. 14. de relig.*

In q. 27. manifeſtè evertit ſtatum controverſiæ; quærit enim in genere, an matrimonium ſit naturalis? & tamen reſpondet de eo quod Cives Romani cōtrahunt, Ecquis aùtem tàm vacui capitis, qui hoc matrimonium quod Cives Romani contrahunt, Civium Romanorum eſſe quæreret & negaret?

Bachovig. *In th. 8. lit. C.* mentem Tr: benignius interpretari debuiſſet, quæ hæc eſt: Magis ex uſu Reipubl. eſſe, communes opiniones ſequi, tametſi aliquo caſu, ſed rariſſimo, erroris convinci poſſint &c.

In th. 9. lit. F. n. 1. argutatur; quia cum conſuetudo conſiderari poſſit, tùm prout in eſſe, tùm prout in fieri; hac poſteriori conſideratione benè dicitur, conſuetudinem vincere Legem, quæ eſt in viridi obſervantia, nō poſſe.

In th. ead. lit. H. negationem deeſſe commodè lectorem admonuit, quod & ſæpius alibi præſtitit, quo nomine Bachovio majores gratiæ præ Hunnio, qui haſce & ſimiles ſalutares & neceſſarias cautelas neglexit, deferendæ ſunt. Et de eo ſemel & generaliter lectorem admonere volui. *Nota.*

In

Diſp. 2.

In q. 18. verſ. nec refragatur. pro anno: lege, menſe: *In q. 20. verſ. & hoc utiq;* pro mortuus: lege, natus: *In q. 25. verſ. placet vero:* pro affirmativa: lege, negativa. *In q. 29. verſ. ſed an princeps. inſ.* pro Jdictionem: lege, ſucceſſorem. *In q. 38. verſ. ſed hæc quarta:* pro pluribus: lege, puberibus. H.

I*n q. 5.* graviter errare dicit Cujacium; Sed ex Gallis fuit Cujacius, apud quos nomen Hominis fœminis negatur, un homme, une femme. &c.

In th. 2. lit. e. dicit cum Tr: ſervitutem ſublatam eſſe; ſed neſcio an rebus noſtris optimè conſuluerit, qui ſervitutem prim9 ſuſtulit, inquit *Busbeq. epiſt. turcic. p. mihi. 119.* & ego cum ipſo.

In q. 15. defendit Principes qui jure ſucceſſionis adminiſtrant, poſſe integras ditiones donationis titulo transferre; Vnde conſequetur donationem Conſtantini optimo jure fieri potuiſſe. &c.

In th. 1. lit. C. verſ. mulierem. Theodoram PLUS potuiſſe approbat, adeoq; faſces Imperii Juſtiniano ademiſſe aſſerendum eſt; ſed falſiſſimè: *vide ipſum Bach: diſp. 8. th. 2. lit. d. verſ. & certè. p. 308. verſ. 11.* Et de Principibus parùm & reverenter loquendũ eſt. Inſuper tamẽ Bach: *in d. th. 2. p. 308. verſ. 13.* dicit, quod Juſtin: uxoriis ſervierit ſervitutẽ Imperiis, & indè *in vol. 2. diſp. 32. th. 2. lit. e. verſ. in fœminis:* Uxorium Imperatorem vocat. Sed recordari quisq; debet, ex levioribus indiciis mali quid præſumere alterumq; ſiniſtris ſuſpicionibus prægravare, Ethicis nos prohiberi principiis. Et cum Abbas Fuldenſis in hunc usq; diem ex Imperii Lege Augu- B.

ſtæ Cancellarius perpetuus indigitetur, videri poteſt Auguſtas legislationem quandam ſibi jure vindicaſſe, & adeò modeſtius de Imperatore loqui addecebat. Vide *Goldaſt. in præf. quæ poſita eſt ad part. 2.* Reichsſatzung.

In th. 2. lit. D. diſtinctione Cujacii Tr: oppugnat, quæ pro eo induci ita poteſt: Adſcriptitii reverà liberi ſunt, tametſi dominorum, quos habent, reſpectu ſervire videri poſſint, ut indè neceſſariò haud ſequatur; qui dominum habent, cui ſerviunt, eos ſervos eſſe. *arg. l. un. C. de colon. thrac.*

In th. 3. lit. B. verſ. ſed an: de parentibus diſſentit. Ego tamen Tr. adſentior, quia ille qui ita ſe vendidit, relinquitur in ſervitute quoq; à Jdivino. *Exod. 21.*

In th. 6. lit. a. verſ. Itaq́: ſententiæ Juſtin: abſurdum & falſum conſequens attribuit; ſed quæ in uno tertio comparantur, planè eadem ſtatim non fiunt, unde licet conjunctiones, matrimonialis & concubinaria, quoad jus ſuccedendi exæquarentur, à ſe invicem nihilominus differre poſſent. Et quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione producere, & ita ſubvertere non debemus. *arg. l. 21. ff. de legib.*

In th. 7. lit. a. negativam contrà Tr: & Hunnium veriſſimam credo, quod præter Jus fictiones introducere, & fictionibus cumulare non licet. Et avus hoc caſu reſcriptum Principis, ad nepotem legitimandum, facile impetrabit.

In th. 10. verſ. alia quæſtio. errorem Tr: notat, pro quo ego emplaſtrum non invenio: & certè inter nobilem &

igno-

ignobilem fœminam conſiſtunt de JCivili nuptiæ, quarum legitimatio effectus eſt, qui adeo ponetur poſita cauſa. Sed plures ejuscemodi errores animadvertit Bach: quorum curam ego iis relinquam, qui cum Hunnio notas Bachovii pueriles & vaniſſimas exiſtimant; Et de hoc ſemel & generaliter apud collegas meos proteſtari volui. *Nota.*

Diſp. 5. H.

In th. 12. lit. F. verſ. re adhuc: adde, integra. *In q. 69. verſ. ſed hæc opinio:* malè ponitur Vultejus qui d. loc. n. 152. aliud & contrarium ſtatuit; Verum hæc & alia errata Bachov: in Tr: caſtigavit, cujus fidem quia Hunnius ſecutus fuit, exinde emendari debent.

In *q. 5.* putat Treutlerum poteſtatem cognoſcendi & ſtatuendi, quam judices pedanei habuerunt, jurisdictionem generali ſignificatu appellare nõ potuiſſe; & tamen quæ ipſe contra adducit, probant ſaltem hoſce judices ſimplicem & ſpecialem jurisdictionem non habuiſſe.

In q. 8. n. 2. colligit à jurisdictione ad executionem, quæ ſi recta eſt, etiam cui ab inferiori magiſtratu mandata jurisdictio eſt, ſententiam exequi poteſt, & conſequenter quoad delegatum principis, nulla apparet dubitandi ratio, ut neque de eo, ſed illo potius quæri debuerit.

In q. 31. verſ. cæterum. dicit carcerem graviſſimis annumerari pœnis, idq; ex jure Civili probat, & tamen ſtatim negat iſto jure carcerem pœnæ loco fuiſſe.

In q. 34. verſ. ſed reſponſio: dicit ex interpre-

tatione Muſcornii ſequi, abſurdum longè abſurdiſſimum &c. Sed hæc verba ſunt quæ ſtrepitum faciunt, & nihil probant, neq; abſurdiſſimus foret, ſi relegationem, capitis diminutionem exiſtimaſſet.

In q. 36. negat privatos merum Imperium habere poſſe, & remittit ad tr: ſuum de jurisd: ubi n. 3. malè diſſentientium argumentũ propoſuit, quod tale eſt, Merum imperium lex tribuit. E. & illud privato tribuere poteſt. Hic jam reſpondendum erat, quare huic lex id dare non poſſet.

In q. 59. dicit hanc eſſe manifeſtiſſimam ſequelam, Non coguntur; E. ſi velint poſſunt. Nunc ego Hunnium Hunnio opponam: vide *ejus reſol: inſt: lib. 2. tr. 1. q. 21. in fine. Vol. 2. diſp. in ordine Hunnii 18. q. 37. in fin.* Sed ſolet ille cauſæ ſuæ deſervire, &c.

B.

In th. 4. lit. B. & C. contra Tr: dare bon: poſſes: reſtituere in integrum, jurisdictionis eſſe ſtatuit; ego tamen calculum meum communiſſimæ & Tr: ſententiæ addo, propter *l. 3. de Jurisdict.* quam equidem ipſe leviſſima mutatione cum Ant: Fabro immutat, ſed quæ integrum ſenſum evertat.

In eadem th. 4. lit. C. n. 9. duplicis Imperii mixti diſtinctionem, falſam & commentitiam vocat: quam ego apertè probo ex *l. 1. in fin. de off. ejus: ibi imperium quod jurisdictioni cohæret; & ex l. 3. de jurisdict: ibi imperium cui jurisdictio ineſt.* E. mixtum Imperium aliud eſt abſolutè, intellige cui jurisdictio ineſt, aliud jurisdictionis ſubſidium magis.

In th. 6. lit. G. verſ. tam Jure Civili. Manifeſtum errorem Tr: animadvertit, niſi quis permittat, hoc Tr. ſen-

ſenſiſſe: ſcilicet illud quod dixerat hodiè indiſtinctè merum Imperium mandari, inde juvare voluiſſe: quod cum nemo olim hoc Imperium mandaverit, attamen hoc poſtea jure Civili novo delegatus principis fecerit, idem ut omnes hodiè facerent facilius permitti potuiſſe &c.

In th. 10. lit. a. falſum eſſe dicit, quod Tr: ampliavit, ſine conſenſu judicis prorogationem fieri non poſſe; ſed ſi hoc cum ipſo Bach: *in th. ſeq. 12. lit. h. pr.* explicem, id eſt, ut judex non contradicat; utique falsùm non erit.

Diſp. 4.

H.

In q. 6. verſ. editione: lege, actionē nō competere. *In q. 27. verſ. multò minùs:* ubi transpoſitio particularum *ILLA, HÆC*, neceſſaria, alioquin turpis lapſus eſt. *In q. 28. verſ. deinceps:* adde, L. 10. §. 12. ff. h. t. *In q. 54. verſ. nec ſanè:* pro edendo, lege, præſcr. verb.

In q. 8. verſ. verbalis citatio: hanc tribuit judici pedaneo; ſed ego puto hunc judicem per ſubſidium Prætoris citare, ſine prætore autem non poſſe.

In q. 13. verſ. & quanquam: dicit conceſſionem induciarum deliberatoriarum revera novam citationem eſſe; cum non niſi effectum citationis habere videatur: Et abſentibus propriè citatio decernitur, præſentibus verò induciæ dantur,

In q. 33. n. 3. dicit, neminem niſi Juris imperitiſſimum negaturum, mulierem in cauſa criminali poſſe ad judicem duci; quod tamen præter Tr: negat quoq; *Gotofred. ad l. 1. lit. u. C. de offic. diu. jud.*

In

B. *In th. 6. lit. b. verſ. quales:* perſpicuum errorem Tr: notavit, quem quoq; Hunnius animadvertit, & duponidius animadvertere potuiſſet: Et ſanè hic magis obtineret, quod alibi Bach: ſcripſit, Treutlerum aliud fortè ſenſiſſe, aliud dixiſſe.

In ead. th. 6. lit. a. verſ. an autem: imputat Tr: contradictionem; à qua vix eum liberabimus. Tentari tamen poſſet, utrobiq; Tr: velle, præſentem in judicio ad comparendum teneri, ſed nō citrà novam citationem, *th. 3.* vel induciarum deliberatoriarum conceſſionem, quæ citationis loco ſit, *th. 6.*

Diſp. 5. H. *In fin. th. 7. lit. 1.* pro 23. pone 28.

I*n q. 1.* facit omnem cautionem judicio ſiſti neceſſariam, & dicit hoc docere Juſtin: diſertè *in tit. Inſt. de diviſ. ſtip.* cujus tamen *tit.* §. *3.* diſertè Hunnium refellit.

In q. 11. contendit ſalvum conductum à ſolo Imperatore proficiſci; ſed ipſe fortè diſputat, de abſolutæ & plenæ ſecuritatis præſtatione, quam de regalibus Majeſtatis eſſe docet *Bocer. de regal. c. 2. n. 235.* aut certe ſolâ experientiâ quotidianâ, quæ vel ſtultorum magiſtra eſſe ſolet, abundè refellitur.

B. *In th. 2. lit. b. verſ. cui plerunq;:* dicit Tr: ſibi nō conſtare, cujus tamen hæc mens eſt, quoad Jcivile ſolis perſonis illuſtribus neceſſitatem ſatisdandi eſſe remiſſam; ſed quoad mores & ſtylum, etiam quibusvis honeſtis & probatis, licet hoc falſum ſit.

In the: 6. verſ. Judex: Rejicit authoritatem Juſtiniani; Sed hoc modo loqui duriuſculum videtur *argumento*

mento l. 3. C. De Crimin. Sacrileg. Bachovius [illegible] ipſum excuſat *vol. 2. diſp. 13. theſ. 4. lit.* [illegible] quamquam Auguſtini dictum ſit, non licere de legibus dijudicare, ſed ſecundum eas: facit *l. 21. C. de leg.*

In theſ. 6. lit. B. verſ. ut ſtatutum. affirmat hanc obſervantiam, ut judices in ſingulis cauſis jurent, ſtatuto tolli poſſe, quod etſi concedi poſſit, hoc tamen Treutl. quærit, an quod in ingreſſu officii præſtari ſolet juramẽtum, illud poſſit ita tolli? Quod magis cum ipſo negaverim, *argumento l. 27. §. 4. De pact.*

In ead. theſ. lit. d. verſ. Et marito: ait ſe non aſſequi quem caſum Treutl. intelligat: reſpondeo caſum dubium, quo nondum de delicto ſatis cognitum. Et alias etiam qui non deliquit, accuſatus tamẽ eſt, propter metum injuriæ carcerisve, ſalvum conductum, antequam compareat, impetrare ſolet.

In ead. theſ. lit. d. verſ. Citatos: Aliquot falſitates notat: Sed videri poſſet Treutl. cum alleg: Moller: de Jur. Sax. ſtatuere. Etenim de Jure Civili falſum eſt, Citationem ſalvum conductum tribuere, quod hoc Jure in cauſa quacunq; rei citandi ſint, ut ego Treutl. hic deſeram.

Diſp. 6. H.

In q. 48. verſ. Quod a. dicitur. Dicit hoc ſupra oſtenſum fuiſſe, ſcilicet in diſp. 1. theſ. 5. Sed ibi promiſit ſe infra de hoc dicturum. Sed vide *vol. 3. diſp. 20. theſ. 8. quæſt. 55. in med. In q. 54. in fin.* pro 1. pone 9.

I*n q. 29. in princip.* dicit Treutl. indiſtinctè affirmare, & ſtatim ſubjicit Treutl. diſtinguere.

In q. 30. verſ. Etſi porro. Non concedit ulla lege, conſtitutione vel ſtatuto, homicidium ab ebrius commiſſum, fieri poſſe capitale: Cum tamen Jure divino & gentium ebrietas improbetur, & multis graſſantibus opus ſit exemplo, metuq; pœnæ cives à vino & ebrietate, quæ cauſa delinquendi eſt, abſterreri poſſint.

In q. 57. Exclamat Treutl. id indiſtinctè affirmari contra manifeſtiſſima Juris principia, qui tamen ita explicari poteſt, quod cum hodie pactum reciprocum ad viros Illuſtres tanquam milites, adeoq; intuitu & favore militum, *vide Gail. 2. obſ. 127. nu. 9.* productum ſit, id maximè inter ipſos milites valeat. Et ipſe Hunn: maximè, prout itq;, interpretatur *in tract. de pact. cap. 5. q. 1. reſp. ad arg. 1.*

In q. 59. ſibi contrarius eſt in *d. tract. de pact. cap. 5. q. 4.* Mihi videtur pactum reciprocum inter conjuges ſtante matrimonio ſub conditione factum, vigore conſuetudinis, non ut pactum, ſed ut donationem quandã mortis cauſa ſuſtineri poſſe, quomodo nec pacto, ſed ultima voluntate hæreditas acquiretur, nec teſtandi facultas conſtringetur, ſed manebit revocandi arbitrium.

B.

In theſ. 2. lit. d. verſ. Hypothecam: Putat ſubtiliter actionem hypothecariam ex pacto non naſci; ſed Hun. ſcribit *in q. 12.* id ineptè dici. Ego hoc in medium relinquo. Hunnius Bachovio ſuas vanitates, & ineptias ipſius oſtendat.

In theſ. 6. lit. d. verſ. Servus: dicit Treutleri mentem ſciri & inquiri non poſſe, quæ tamen videtur hæc fuiſſe: Quia in theſi poſuerat, Servum paciſci non poſſe, hoc vero ita generaliter affirmari non poſſet; ideò ad pa-

ctum

ctum legitimum & dotem petendo, [illegible] servus facere nequeat, ceteroquin paciſci & naturaliter obligari poſſit.

In theſ. 10. non poſſum non diſtinctionem ejus, inter ipſos contractus ſtricti Juris, mutuum & ſtipulationem, approbare & ſequi, quod ita levi negotio omnia contraria tolli poſſint.

Diſſ. 7. H.

In q. 41, verſ. idem quoq;: pro deterior: lege, melior. *In q. 45. verſ. Secundò accedit:* pro improbata: lege, impetrata.

In theſ. 2, lit. b. talem regulam ponit: Quod qui paciſci poſſint, etiam rectè transigant, ſed non vice verſa: Qui transigere, etiam rectè paciſcantur, quod tamen ego veriſſimum exiſtimo, cum *Paulo JCto 1. ſentent. 1. §. 1.* Aſt prius illud admittendum non videtur, quia transactio alienationi cuidam ſimilior eſt, *l. 38. C. de transact:* Adeoq; difficilius transigere, quàm paciſci licebit, Et Hunn: alibi defendit minorem paciſci poſſe, Et ergò ſecundum hanc ſuam regulam quoq; transigere poſſet, quod tamen ipſe hic & alibi negat.

In q. 24. verſ. caterum. verba: *ſine conſenſu:* ſatis arguunt Hunnium controverſiæ ſtatum vix percepiſſe; etenim, aut ponimus filios eſſe ejus ætatis, ut conſentire non poſſint, & de conſenſu inepte quæritur; verum tum hoc controvertitur, an pater de bonis adventitiis hujus filii ſine judicis decreto transigere poſſit? aut ætatis mediæ, ut conſenſum habeant, & quin ille requiratur extrà controverſiam eſt.

In q. 29. verſ. atqui. Ponit caſum tranſactionis in uxore ab alio viciata; ſed omnis tranſactio fit de re dubia: hoc verò caſu res ſemper eſt certa, quòd tanquam certum præſupponatur, uxorem ab alio viciatam eſſe, & adeò de tranſactione quæri non poſſit, cum, ſi de vicio conſtet, impius ſit maritus, qui retineat viciatam, *c. 2. 32. q. 1.*

In q. 51. verſ. quæritur porrò: proponit, an Magiſtratu cogatur? quod videtur duriuſculum, etenim Magiſtratum tranſactio talis inclinet fortaſſis ad mitiorem ſententiam, ſed non cogat. *vide Bach. th. 5. lit. d.*

B.

In th. 2. lit. b. verſ. etiamſi: inquit Tr: difficulter vim *l. 1. cum auth. ſeq. C. ſi adv. vend.* evitaturum, quod Minoris contractum ſine curatore valere ſuprà affirmaverit; Sed cum etiam Tr: comprobaverit diſtinctionem Cujacii inter ipſam obligationem, & alienationem conſequentem, facilè eam evitabit; ſcilicet cum talis contractus ex quo tradita ſine curatore res fuit, non ſervetur, minore reſtituto; ideo Tr: quæſivit, an juramentum hanc reſtitutionem impediat? quod negat, ut adeò *dd. conſtit.* haud obſtent.

In th. 4. lit. e. verſ: niſi juramentum: lit. F. verſ. fuerit: & ſæpius alibi, laudabiliter in Tr: animadvertit, qui & plures alii loci oſtendunt, theſibus Tr: & caſtigatore & interprete Bachovio opus fuiſſe.

In ead: th: 4. lit. 1. verſ. idem de pacto: diſſentit à Tr: quod & facit *Hunn: in q. 42.* Tr: cæterum tamen ego hîc non deſeram, & ex regula, quod qui tranſigere poſſunt, etiam rectè paciſcantur, concludam nec de alimentis relictis paciſci licere, & quia pactum fit

de re

de re certa. *l. 1. de transa.* quod verò alim[illegible] [illegible]ſa debent, propter incertum vitæ alimentarii ſpatium incertum eſt. Itaq; quo caſu certa eorum quantitas eſſe poteſt, eo caſu pactio valebit, nimirum de præteritis, non etiam futuris.

Diſp. [illegible] H.

In. q. 3. n. 2. pro minoribus: lege, muneribus. *In q. 7. antè finem: verſ. permittitur tamen:* adde l. 17. de Jdict: *In q. 26. verſ. objiciunt:* pro prohibeatur: lege, perhibeatur. *In q. 33. verſ. Equidem ut quæ:* pro priori: lege, poſteriori.

In *q. 15.* vult indiſtinctè Vaſallum, id eſt, ſive ſponte ſive coactè, contra dominum patrocinetur, Feudo privandum eſſe, cum tamẽ unumquemq; officii ſui neceſſitas judicisq; juſſus ſatis excuſent. *l. 2. de I. & I. l. 167. §. 1. de reg. jur.* & iniquum foret, aliquem obediendo Feudũ amittere. Et æquè juramento fidelitatis ſalvo citraque perjurium Vaſallꝰ ad mandatũ judicis pro alio poſtulare debet, quàm dominũ ſuum aggreſſorẽ ab alio repellere poteſt, quod & tenetur ſecundũ *Hun. in diſp. 1. q. 25.*

In q. 20. quærit an advocato in bona cauſa liceat dolo uti? ubi verba: In bona cauſa: ſuperflua videntur, quia jam antè præmunierat, non alias ſuſcipiendas cauſas, niſi quæ ſint aut videantur juſtæ, & in mala cauſa adeò adverſarium dolo decipere non poteſt, ut ſtatim ac cognoſcit illam talem eſſe, à ſuſcepta advocatione abſtinere teneatur.

In q. 39. diſpoſitionẽ *l. 41. C. de transa:* ad transactionẽ reſtringit, quod & poſteà fecit *Bach. in addit.* ſed mihi videtur, vix ita reſtringi poſſe, quod decidendi ratio, quæ ſumitur à violatione nominis divini, quoq; in juratis

contractibus obtineat, neq; facilè dixerò, Imperatorem tautologice fuiſſe loquutum.

B.

In th. 1. lit. e. verſ: probationem: inf. Juſtinianum ... ſæ allegationis inſimulat; ſed *Hunnius in q. 2. n. 5.* ... audax facinus & temerarium hoc eſſe exiſtimat. Quod ego in medium relinquo. Utiq; videri poteſt illam ... ſpectionem probare JSaxonicum. Landtrecht *lib. 1. art.* 42. quin etiam Jus Canonicum. *teſte Duareno ad tit. qui teſtam. fac. cap. 2.* Et ſi ea apud Romanos quandoq; uſurpata fuerit, nihil tamen in ſe turpe habuiſſe, ubi petulantia remota aderat verecūdia, *inquit alibi Plutarch.*

In th. 5. lit. a. verſ. & quia ratio: probat etiam à reverentia marito debita lugendi rationē dependere, quod aliàs uxori prægnanti nubere liceret; ſed cum & in ... pleni uteri poſſit turbatio ſanguinis eſſe per ſuperfœtationem, non licebit. Plura talia habet quoq; Bachov. quæ ego pro Tr: inter diſputandum reſolvam.

Nota.

Diſp. 9. H.

In q. 20. verſ. nec huic: pro 54. pone, 56. *In q. ... verſ: nihil obſtāt:* lege, beneficium reſtitutionis ... habet d. l. *In q. 51. verſ: cæterum:* pro actionem ... lege, cautionem. *In q. 69. verſ. id quod non:* ad ... ff. eod.

In q. 16. verſ. deinde certum: ait citationem ſalvum conductum tribuere, ſed hoc de jure defendi non poteſt. Et verò ſi ille citationis effectus eſſet, utiq; nec ob realem factam citationē aliquis incarcerari deberet, quod tamen omnium opinione falſum: adeò apparet citatione non agi, ut hæc vocatum à captura & incarceratione immunem faciat, ut potius contrarium manifeſte operari videatur.

In

In q. 21. diſputat contrà ſententiam Tr: quam ego tamen defendam, cum præſertim quicquid dicat Hunnius, eſſe non debeat in arbitrio domini, an ſententia valere debeat nec ne: Facit *argũ: 2. in q. ſeq. 22.* ad quod Hunnius prorſus malè reſpondet, procuratoris falſi perſonam, ab ipſoque acta per ratihabitionem confirmari poſſe, nec de eo quenquam hominum dubitare, ſiquidem hoc noſtrum χειvόμϑυov eſt, & de quo Tr: aliiq́, dubitant.

In q. 50. ſuggerit procuratori, *ut nullomodo* probet, quia tum maximè incertum hoc ſit, an mandatũ habeat nec ne, atq; ita ſub cautione debeat admitti. *In th. verò. 9. lit. a. pr.* omnem procuratorem ad probandum conſtringit, ut mandatum, quod quis ſe habere aſſerit, probare teneatur. Quomodo nõ obſcurè ſibi contradicit.

B.

In th. 2. lit. C. verſ. tentari. ait ibi nullam planè rationem poſſe dari dubitandi; tamen quatuor dantur *ab Hunnio in q. 16.* & quas ipſe putat alicujus momenti eſſe.

In th. 10. lit. C. verſ. ut novè: Treutleri adſertionem confutat, quam *Hunnius q. 61.* defendit, & ſemel nominatim Bachovium refellit, ſed præſtitiſſet hujus notas planè diſſimulaſſe, vel in majoribus ſeſe oppoſuiſſe.

Diſp. 10. H.

In th. 2, lit. a. in fin. ferè: adde, L. 6. §. fin. ff. h. t. *In q. 5. verſ: cæterum quod:* lege, adminiſtratori non detur.

I*n theſ: 2. lit. e.* videtur velle dicere, non rectè Tr: neceſſario gerentem vel neceſſitate urgente vel ſuſpicione neceſſitatis hoc facere, atq; ita ſpecies neceſſitatis conſtituiſſe Veram & putativam: Putativa namq; non

eſt

eſt neceſſitas, quia pugnat cũ neceſſitate opinio. Neq; ipſe Hunnius tamen rectè eam ad voluntariam geſtionẽ refert; qui enim putat ſe neceſſariò teneri, utiq; liberè voluntate ac ſpontè nõ exſequitur. *l. 19. §. 2. de neg. geſt.*

In q. 19. verſ. his verbis Pompon: dicit culpam leviſſimam, culpæ ſpeciem eſſe; quod infrà *diſp. 24. q. 6.* negat, & ergò aperta hæc contradictio eſt.

E. *In th. 3. lit. b.* ſuſpicatur errorem typographicũ; ſed videri poſſet Geſtor hic explicandus pro eo cujus negocia geſta ſunt, ſicut explicuit *Hunnius. q. 9. verſ. diſtinguit equidem:* aut poſſet diſtingui inter impenſas quæ in rem factæ ſunt, vel aliquantò majores, vel exiguas, ſicuti diſtinxit *Tr: in ead. th. lit. D. & F.*

In th. 5. lit. a. pr. dicit ibi incuriam Tr: nec diſſimulari nec excuſari poſſe; ſed credo Tr: aliter ſenſiſſe, & aliter ſcripſiſſe; nam cum infrà *diſp. 19. th. 9. lit. e.* actionem contrariam & utilem, bene diſtinxerit, fit probabile ipſum eas hic noluiſſe confundere, tametſi verba id velint, adeoq; cum Hunnio benignius explicandus erat.

Diſp. 11.

H. *In q. 24. pr.* pro l. 1. pone, l. 10. *In th. 4. lit. a. verſ. neq; huic.* pro violandi, lege, volendi, *In q. 42. pr.* pro affirmantium, lege, negantium. *In q. 44. pr.* dele, per. *In th. 13. pr.* pro, in integrum reſtitui, lege, venundari. *In th. 18. pr.* poſt verba, conditionem noſtram, adde, deteriorem.

In q. 15. quod hoc beneficium ſit mixtum, ſtatuit, in quo ei adſentior; etſi enim reſtitutiones omnes plerumq; dentur ob cauſam, quæ perſonalis, nec ad here-

des

des tranſit, dantur tamen ad rem ipſam & ratione negocii geſti.

In q. 20. ſtatuit quadriennium illud pertinere ad actionem doli vel metus, in quo non adſentior, & falſum eſt quod ait Juſtinianum in *L. fin. C. de temp. in integr. reſtit.* de Majorum reſtitutione loqui in genere, ſiquidē nominatim adjecit cauſam abſentiæ & alterius impedimenti, ne quis ad alias reſtitutionis cauſas illud trahere poſſit.

In q. 38. ita contrà Tr: diſputat, quaſi ille duplicem ſententiam definitivā requirat, quas qui requirunt proculdubio errant, ſed Tr: unam interlocutoriam, quæ eſt judicis juſſus, & alteram condemnatoriam, quæ eſt judicis pronunciatio, requirit.

In q. 42. ſto contrà Hunnium, & utcunq; præceſſerit cōventio, auctoritate tamen Magiſtratus poſſeſſionem apprehendēdam, adeoq́; hactenꝰ, ut creditor à violentia excuſetur, conventionem patrocinari exiſtimo, per *L. 3. C. de pignor.* non obſtat *L. 11. C. de pignor. act.* etenim quo jure Hunnius verbum DEBET in *d. l. 3.* pro POTEST, explicat, eodem quoq; particula VEL in *d. l. 11.* pro ET explicabitur; cum ipſo Hunnio in *vol. 3. diſp. 31. q. 51.* qui quoq́; è contrà ET ſignificare idem quod VEL reſpondit *vol. 3. diſp. 22. q. 4.* Sed ſolet ille cauſæ ſuæ deſervire &c.

In q. 60. Hunnius prodigo denegat reſtitutionem: Atquin ſecundū Hunniū *diſp. præced. 6. q. 37.* prodigus nullo modo obligari, adeoq́; nec lædi poteſt. Ergò de reſtitutione fruſtrà quærit, eamq́; ineptè denegat: & hoc nomine Tr: quoq; notavit *Bach. hic.*

In q. 64. inquit, præſuppoſita diſſentientium opinio-

ne, quam tamen ut argumentis oppoſitis ſatisfaciat, rurſus inficiatur: ſed præſuppoſito conceſſo aliter reſpondendum, neq; ad illud recurrendum fuerat.

In q 85. videtur ſibi contradicere; ponit namq; *in fin.* caſum quo de delicto aliunde conſtare nõ potuiſſet, minor verò confeſſus ſit, ſed poſteà errorem allegat, & eo caſu negat reſtitutionem, verſ: quocirca etſi &c. aſt *in fine verſ. quod non conſtet:* ſententiam hanc hortat & quaſi revocat.

B.

In th. 6. lit. g. quod ipſe noluit capere, cepiſſe videtur *Hunnius q. 48.* Sed & quædam alia in præcedentibus notavit, quæ expediri facilius poſſunt, neq; dubitaverim, quin ipſe potuiſſet. Sed ſcilicet voluit Bach. & ſeſe oſtendere, & lectorem ſuum exercere.

In th. 9. lit. b. non diſſimulandum erat in antiquis quibusdam exemplaribus pro: *ETSI mediante:* legi, *quid fallit ſi mediante:* Et pro: *Multò magis: Si tamen præmonitus de benef:* Et tamen ſervatâ vulgari lectione, mens ſententiaq; Tr: ſciri dariq; poteſt, quamvis ea falſa & erronea ſit. Utiq; verò cognitio erroris ſemper implicat certitudinem ſententiæ.

In th. 12. lit. d. Tr: deſero, niſi placere poſſit, ipſum intelligere per veram contumaciam non quæ revera talis ſit, etiam antè ſententiam, qualis eſt ſi citatus diceret ſe nolle comparere; ſed demum pòſt eam, ubi minor, quia citatus non comparuit, & ſic indefenſus judicatus eſt, pro vera habetur. *arg. l. 11. de I. & I.* atq; hoc caſu purgata abſentia reſtituetur.

Diſp. 12.

H.

In q. 10. verſ. aſſumptio manifeſta. pro neq; lege, atq;

atq; *& verſ. nam obſervandum:* pro reſponſio item actoris, lege, rei. *In th. 6. lit. d.* pro l. 7. pone, l. 9. §. 2. & pro, judex ſe exiſtimat, leg, ſubtrahat. *In q. 32. verſ. ſed hic,* ibi, quocircà infamis non, dele, non. *In q. 43. verſ. non adverſatur etiam:* poſt verba, non autem: adde, arbitro. *In. 47. pr.* ibi, & cumulari poſſint: inſere, non.

In *q. 6.* ait, quod citatione fiat res litigioſa, in actionibus realibus dubium penitus nullum habere, propter *N. 112. c. 1.* ſed apud me maximum habet propter eandē *d. N.* ibi enim docet Juſtin: rem litigioſam fieri judiciaria conventione: at quæ illa? an citatio? an potius litis conteſtatio? ſic certè.

In q. 17. ſentit cū Tr: ego cum utroq;: Neq; vereor *Sc. Gent: 1. de Jdict. 28.* qui non ſolitùs, inquit, judicare paſſim Prætor, ſed non poſſe nemo poſthàc dixerit, cùm tot eruditi viri id refutaverint: quoniam ipſe *Scipio 2. de Jdict. 21.* horū verborum oblitus, non potuiſſe dixit.

In q. 49. terminos, petitorium, poſſeſſorium, transponit, & ita lectorem involvit. Nam *in pr.* quæſtionis ſic poſuit: Utrum pendente petitorio agi poſſit poſſeſſorio? Sed poſteà invertit & ponit: neq; pendente poſſeſſorio inſtitui poteſt petitorium. Et quia ſæpius Hunnius ita peccat, maximâ circumſpectione opus eſt.

In q. 51. ſub verſ: poſtremò huc maximè: ad verba *(Jure optimo Pilatus Chriſtum condemnaſſet)* hæc notari poſſunt, quod non ſemel eveniat ut judex reū falſis probationibus oppreſſum, citrà ullam injuſtitiam condemnet, velati Suſanna, quæ reverà non adultera, adulterii tamen legitimè convicta & damnata fuit.

B. *In th.2. lit. d.* ut maximè illâ loquendi formam Jcivili incognitam putet, dicimus tamen utiq; ſatis appoſitè actiones perpetuari propter *l. ult. in f. de fidej tut.*

In th. 7. lit. f. proponitur antinomia, de qua 30. auctorum ſententias propoſuit *Hillig. D. E. 17. c. 25. lit. h.*

In th. 16. lit. c. rectè docetur, contumacem abſentem victorem præſenti victo ad refuſionem expenſarum teneri, per *l. 13. §. 2. C. de judic.* dices: iniquum eſſe victorem victo damnari & ad reſtitutionem teneri; aliquid diceres, ſi ſimpliciter teneretur, tantum autem id affirmatur de actore eremodicium contrahente.

Diſp. 13. H. *In th. 3. lit. a. verſ. etſi enim*, ibi, hereditas relinquitur: inſere, piè. *In q. 23. pr.* pro affirmantium: lege, negantium.

In q. 1. hæc annotavi; Querelam juris prætorii non eſſe: quia everſo per eam juſto teſtamento fit teſtator inteſtatus, & qui obtinuit fit heres, qui verò inſtitutus eſt, eſſe deſinit: Sed hos effectus Prætor dare nequit. Neq; Juris civilis eſſe; quia hæc quoq; Emancipatis competit, quos Jcivile ſcriptum deſtituit. Cujus ergò juris erit?

In th. 4. lit. d. ſtatuit contrà Tr: quod & facit ibidem Bachovius. Ego Treutlerum contrà utrumq; defendam; quod cum querela implicitam habeat hereditatis petitionem, ſoli verò patrui querelari poſſint, & adeò illi ſoli hereditatem petent impetrabuntq;. Sed inquit Bach: tentari poſſe poſt *N. 118.* fratrum liberos ſimul cũ patruis querelari poſſe; Imò hoc non tàm tentandum, quam liquidò potius affirmandum erat, ſiquidem hinc decidenda venit quæſtio.

In

In q. 37. inf. dicit, ſe apud Tr: nil quicquam repeꝛiſſe, quem tamen diligentius inſpexit Bachovius, quem ideo vide *in th. 15. poſt medium. verſ. ex his decidi.*

IB.

In th. 1. lit. e. ſentio cum ipſo; Querelam & hereditatis petitionem omninò fuiſſe diverſa, & ita debere conſiderari, ſed frequentius conjuncta fuiſſe, quia hoc expeditius viſum fuerit, ita verò conjuncta, non duarum actionum, ſed unius vicem obtinuêre.

In th. 2. lit. a. ſentio cum ipſo: Poſthumú hodiè ſaluo teſtamento exheredari non poſſe, quia ad validitatem teſtamenti non ſufficit exheredatio ſimplex, ſed requiritur qualificata, quæ vel ſpecialem, vel generalem habeat adjectam ingratitudinis notam, ſicuti diſputabo *in c. 3. ad hanc diſputat: th. 2.* Hinc corruunt quæ diſputat *Hilliger. D. E. 6. c. 13. lit. e.* ſiquidem non quæritur de conſervatione teſtamenti, ſed ejus ordinatione.

In th. 11. lit. C. verſ. verum. Rectè Bachovius in addit: hanc ſuam ſententiam limitavit & explicavit, quæ aliàs apertè currebat contrà *N. 1. pr.* §. *2.* Quin imò contrâ ipſum Bach: *vol. 2. diſp. 11. th. 9. lit. C. inf.* ubi ſucceſſionem parentum in bona liberorum, & e contrà, juris naturæ & gentium rationi convenire, diſputat.

In th. 12. lit. a. inf. Bachovius dicit Tr: hic loqui de caſu indubitabili; *aſt Hilliger. D. E. 19. c. 4. lit. Rr.* hic eſſe errorem intolerabilem. Ego verò rationem dubitandi video, & auctorem noſtrum tolerabilẽ eſſe dico.

Diſp. 14. H.

In q. 3. pro L. 2. ff. ad SC. Trebell. pone. C. *In th. 3. lit. a. verſ. nec refragatur.* pro, ab hereditate, lege, à bonorum poſſeſſione.

In q. 10. verſ. nec obſtat quod. dicit hoc adhuc controverſum eſſe, quod tamen ſatis manifeſtò decidit *l. fin. pr. C. de petit. hered: l. 30. de lib. leg.* ubi hereditatis petitio apertè vocatur centumvirale judicium.

In q. 22. cū Tr: affirmat in hanc actionē venire quoq; Feudum hereditarium, quod vix admitto: quia Feuda hæc licet dicantur hereditaria, non tamen ita ut res allodiales jure hereditario debentur, nam de illis diſpoſitio in ultima voluntate non valet. Et ergò ſi verè hereditaria eſſent, decederet quis contrà Jcommunis regulas pro parte inteſtatus.

B. *In th. 4. lit. e.* propter §. *28. I. de act.* ubi Tribon: ait hereditatis petitionem conſtitutione Juſtiniani bfidei effectam eſſe, non tantùm ipſe gravis erroris à quibusdam arguitur, ſed Imperator quoq; laceſſitur. Verùm Tribonianum & Juſtinianum defendemus, ex §. *6. de concept: digeſt.* Illum quidem quod ex mandato, ſingula ex principalibus conſtitutionibus profecta, & Juſtiniani divino ore fuiſſe profuſa, ſcribere debuerit: Hunc autem, non tamen quod primus invenerit & conſtituerit, ſed ſubtiliter emendaverit, dubitationemq; ſuſtulerit.

In th. 13. lit. a. verſ: idem ſi titulo: Bachovius non ſequitur Tr: nec ego ſequar: Enimverò ſi juſta erroris cauſa ſubſit, cum eo caſu ad uſucap: titulus putativus proficiat, utiq; & hereditatis petitionē repellet. *Covarr: pract: qq. c. 12. n. 4.* Attamen Hunnius ſequitur.

In th. 16. lit. C. valdè placent, quæ ibi in ſummā quaſi contraxit & collegit, quæ memoriæ mandanda ſunt.

Diſp: 15. H. *In q. 8. verſ: & quod poſſidens:* pro poſſeſſio, lege, dominium.

In

In q. 31. ei conſentio & nego b. f. poſſeſſorem poſt ſuper-venientem m. fidem porro fructus ſuos facere poſſe, per *l. 48. §. 1. de A. R. D.* ſed obſtat tamen *l. 25. §. ult. de uſur.* Et eſt certè hic difficilis nodus, neq; defuerunt qui in illo ſolvendo deſperaverunt, & variè item illam difficultatem Dd: ſopire voluerunt.

In q. 35. contrà exiſtimo & affirmo, Publicianā quoq; vero domino dari: Ecquodnam enim vero domino, ſi probatio dominii, quæ ferè ſemper in difficili eſt, non ſuppetat, aliud rei perſequendæ erit remedium, ſi non hoc. Sanè nihil eſt quod dominum publiciana agere volentem ſubmoveat. Et reus abſurdus foret, ſi ipſum dominum eſſe, ideoq; non hac actione experiri debere, objiceret. Falſiſſimum itaq;, quod Hunnius inquit, actiones publicianam & rei vindicationem pugnantia remedia eſſe. *Vide Oldendorp. cl. 3. act. 3.*

In q. 41. cum communi negat publicianam dari contrà poſſeſſorem noviorem, qui titulum habeat, poteſt tamen exercitii cauſa defendi contrarium, præcipuè quando petitor ex cauſa oneroſa tenuit, poſterior verò poſſeſſor ex titulo lucrativo.

In th. 1. lit. g. concludit Bachov: cum Vaſalli, Emphyteutæ jus vindicandi habeant, ſequi aliquod penès ipſos dominium eſſe; quod ego ut non negaverim, ita tamen affirmaverim, ipſos juris in re Emphyt: & Feud. conſtituti, habere verum dominium & directum, adeoq; juris illius nomine ipſis directam competere actionem, ut hinc dominium utile extrui non poſſit; quamvis cum rem Emphyt: vel Feudalem, in qua jus conſtitutum habent, rei vindicatione utili petere poſſint, **B.**

hujus

hujus reſpectu dominium utile facere poſſimus, ſed an hoc legibus ſit cognitum dubitare licet.

In th. 10. lit. d. non improbabiliter ſequitur Ant. Fabrum exiſtimantem *l. 68. de rei vindic.* à Tribon: corruptam eſſe; quem tamen pluribus refellit *Hilliger. D. E. 20. c. 6. lit. g.* cui quidem concedi debet aliquem eſſe locum coactioni violentæ in exſequendo judicato, attamen eam adhibere contrà eum qui ſaltem juſſus, nondum verò judicatus eſt, incivile videtur.

Finitur diſputatio prima

Quam

Literatisſimus Dn. HENRICUS Saurman VVeſtphalus LL. Studioſiſs.

defendit & propugnavit.

DISPUTATIO 2.

Reſpondente

DN. BARTHOLOMAEO MELASIO, Marchico, LL. Studioſiſs.

In q. 12. pr. pro jure. lege. purè. *In q. 24. verſ. deinde jus quod.* pro fructuarius, lege, bſpoſſeſſor. *Diſp. 16. H.*

In q. 27. principaliora argumenta vel non vidit, vel ſcienter ſubticuit, veluti textum expreſſiſſimum *l. 13. in m. C. de uſufr.* & evidentiſſimè oſtendit *l. 57. verſ. poteſt a. ff. ſol. matr.* duplicem eſſe ceſſionem, quarum altera absq; pœna amiſſionis uſusfructus fieri poſſit, & quæ quidem jus percipiendi transferat, ſed ita ut ex cedentis perſonâ nihilominus penſitetur perſonale.

In q. 29. putat ibi exemplum eſſe *l. non omnium de LL.* ſed remittendus eſt Hunnius ad *Ludov. Vitalem 2. var. lect. c. 8. n. 2.* aut ad Aegid. Hortenſ. *in §. religioſorum 9. I. de rer. diviſ.*

In q. 37. verſ. deinde reſpondetur: ait Tribonianum ſolitum fuiſſe legibus antiquis aliquid adjicere, quod tamen ipſe alibi Leges corrumpere & depravare vocat. Sed, bone Deus, quoties hoc nomine Dd. alios & maximè Ant Fabrum incuſat, qui aliquando & non niſi in controverſiis gravioribus, neq; ſine ratione, Triboniano quid attribuunt. Utiq; non improbâbiliter, ſi Tribonianus hoc ſolitus fuit, & ita quaſi proprium habuit.

In tb. 2. lit. g. vix ita ſimpliciter admiſerim, quod inquit, ex Jfeudali Vaſallum in ſui præjudicium ſervitu- *B.*

tem Feudo imponere poſſe, potius ſequar Hunnium q. 10. & negabo vaſallum alteri uſumfructum conſtituere poſſe. Et ipſe Bachov: in addit: ſeſe correxit, ſed nimis ſæpè variat, & ab initio, tanquàm in re facili, hoc ſtatuendum erat.

In th. 7. lit. a. quem Tr: errorem imputare voluit, ab hoc eum iſthæc diſtinctio liberabit: ſcilicet datur de uſufructu actio perſonalis & confeſſoria realis. Illa propter uſumfructum conſtituendum & transferendum. hæc propter jam conſtitutum reſtituendum, vel non impediendum.

In th. 14. lit. e. contradictionem Tr: imputat, qui tamen benignius ſic explicari debet; quod fructuari9 quidem Jus ſibi conſtitutum alienare, *th. 10.* non etiam cedere poſſit, *th. 14.* Scilicet eum ob alienationē non privari uſufructu; utut enim alienet jus ſuum, ut utifrui alius poſſit, retinet tamē Jus perſonale, adeoq; nihilominus uſufructus ex ejus perſona vivat & moriatur? Verùm ceſſioni pœnam quaſi quandam impoſitam eſſe, nimirum amiſſionem uſusfr: quod per eam omne dominium omneq; jus à ſe abdicet cedens, adeoq; domino præjudicet. Quamvis tentari contrà Bach: Hunn: & Tr: poſſit, eſſe etiam aliam ceſſionem, quæ ſolum jus reale transferat, citraq; pœnam privationis fiat; hæc tamen ad diſtinctionem illius ceſſionis, conceſſio magis appellari poſſet.

Diſp. 17. H. *In q. 13.* pro juramentum, lege, jumentum. *In th. 16. pr. verſ. ratio eſt quod:* pro ſervus, lege ſervitus.

In q. 19. verſ. non obſtat. dicit falſum eſſe, quod Emphyteuta ſit dominus utilis; atquin in præcedenti ar-

gum: 2. quod pro ſua confirmanda ſententia addaxit, Emphyteutam eſſe dominū utilē aſſumpſit, & probavit.

In q. 34. Mihi placet Donellus *in* §. *æquè, l. de act:* veriſſimè infelicem appellans laborē, quo caſus ille tamdiu quæſitus, nec inventus eſt: adeóq; cum præſtantiſs: Jctis in lectione *d.* §. æquè, emendandum aliquid potiꝰ, quam nugas agendas exiſtimo. Nec mihi iſthoc tentare religio, cui aliàs maxima juris locos pervertendi ea eſt.

In q. 39. dicit Tr: indiſtinctè bfidem deſiderare; ſed Hunnius lectori imponit, dum enim Tr: nequidem uſucapionem libertatis ruſticarum ſervitutum admittit, minus bfidem requirit.

In eadem quæſt. verſ. deniq; & propter: apertè ſe prodit Hunnius, & niſi hic locus occurriſſet, deſcriptiones ejus ex Bachovio diſſimulaſſem: Bachovius *in th. 17. lit. b.* ad objectionem reſpondit, nec titulo nec bfide opus eſſe, quod hujus locum ſcientia & patientia ſuppleat, ſcilicet ille contrà Tr: in th. 9. ſtatuerat non requiri titulum, ſed opus eſſe patientia vel ſcientia domini. Hunnius verò reſponſionem hanc ſecutus ſibi contradixit *qq. 27. & 28.*

In th. 17. in f. ſupinè loquitur, parum referre, quænā ſit ratio exceptionis, modò de exceptione conſtet; ſed hoccine ô Hunni &c. ferè neſcio quid exclamaſſem.

B.

In th. 12. lit. b. fermè eſt ut ei ſubſcribam; poteſt tamen Tr: cum Hunnio exercitii cauſa hic ut & ſæpius alibi contra Bachov: ſuſtineri defendiq;. Scilicet ſufficit diſcentibus, illos, quam ſententiam ſequi & amplecti debeant, præmonuiſſe.

In th. 16. lit. C. ſtabo pro Tr: & Hunnio, dicoq; Ba-

chovium vel loqui de caſu quo res quæ ſervitutem debet nunquam reviviſcere aut reſtitui in integrum poteſt, & ei convenit cum Tr: ſervitutem amiſſam eſſe; aut aliquando poſſit, & ſpes reſtitutionis ſubſit, & tum ſi negat ſervitutem ſimul renaſci, omninò errat *l. 34. §. fin. cum l. ſeq. de ſerv. ruſt. præd.*

Diſp. 18. quæ eſt apud Hunnium 19. H.

In th. 2. inf. verſ. hanc actionem: pro hereditarii, lege, heredi dari. *In th. 5. lit. b. verſ. neq; huic reſiſtit,* pro alienum, lege, proprium.

In q. 13. quicquid ipſe diſputet, mihi placet Tr: & ipſius JCti diſtinctio in *l. 7. §. 4. quod vi aut clam.* & puto veram eſſe hanc in jure ſequelam, ut denegatis actionibus quoq; denegentur reſtitutiones; & quem nulla teneat actio, eum nec obliget aliqua reſtitutio. Ut maximè tamen hic jure deficiamus, æquitatis tamen eſſe videtur, communibus ſumptibus damnum tale reſtitui: Implorato itaq; officio judicis peti poſſet reſtitutio.

In q. 14. in f. dicit ſe de conductore, an de incendio teneatur ſuo loco dicturum. Atquin jam in hac ipſa quæſtione de eo dixerat, neq; dixit alibi. Vide *reſ. Inſtit. lib. 3. tr. 7. p. 2. q. 7.*

In q. 20. pr. ait, rectè Tr: id affirmare; attamen ipſe contrarium omninò ſtatuendum exiſtimat, & ita à rectâ viâ ſcienter decedit.

In q. 21. diſputat ita quaſi præcisè neceſſum ſit dupli in libello petere, aitq; itidem Sichardum velle; ſed utrumq; falſum eſt: Quoniam requiritur tantum, ut judicio poſt litem conteſtatam hoc petatur, quod proculdubio etiam ſentit *Sichard. in l. 4. C. de L. Aquil. n. 11.* ubi ſtatuit niſi hoc in judicio allegatum ſit, nullam ejus à judice haberi rationem.

In

B.

In th.5.lit.b. dicit duram eſſe hāc propoſitionem, quod hoſtem captum Jnaturæ liceat interficere; dico ideo ego, eam interpretatione molliendam, & cum bella nō niſi titulo defenſionis excuſentur, videri poteſt, quo jure inhibitum eſt offendere, eodem quoq; permiſſum eſſe defendere, adeoq; bella defenſiva, occiſionēq; hoſtium jure naturæ defendi poſſe.

In th. 8. lit. e. verſ. ita tamen: dicit limitationem Tr: omninò eſſe vicioſam; quæ tamen ſi ad proximè præcedentem caſum, obſtetricum medicamenta malè applicantium, accommodetur, recta videri poteſt, quod fecit Hunnius hic.

Diſp. 19. quæ eſt apud Hunnium 20. II.

In q. 8. verſ. ſed delinquit: pro, anteriori vulneris parti, lege, corporis. *In q. ult. verſ. eſt & illa quæſtio:* pro, etenim nepotem eſſe præferendum, lege, patruum. Idem vicium occurrit in res: Inſtit: ad quas in fine hic remittit, ſed non antè quam tertiam partem huc tranſcripſiſſet, nimirum nos numerus ſumus & libros conſcribere &c.

In q. 11. dicit Tr: ſententiam eorum amplecti, qui pœnam act: popularis fiſco applicant; atquin Hunnius ſuprà in diſp. 4. q. 42. dixerat, Tr: eorum ſententiam ſequi, qui dividendam cenſent. Sed Hunnium oportebat ex mente Tr: diſtinguere inter perſecutiones populares vel civiliter vel criminaliter inſtitutas.

In q. 18. dicit longè rectius ſentire Bocerum; Verum Hunnio & Bocero iſtæc opponitur ratio, quod bonorū poſſeſſori actio directa dari haud poſſit, quia prætor heredem facere non poſſit. *pr. I. de bon. poſſ.* quæ certè oppoſitio puerilis non eſt.

B. *In tb. 8. lit. C. inf.* dicit Zaſium rectè notare, quod Lex Codicis moderetur jura digeſtorum; Imo falsò; quia Codicis Leges pandectarum Legibus tempore priores ſunt, adeoq; iis ut poſterioribus non derogare, neq; eas moderari poſſunt. Vide *Giphan: in præfat. ſui Comm. in Cod.*

Diſp: 20. qua eſt apud Hunnium 18. H.

In q. 41. pr. ibi, condict. certi gener. non eſſe; dele, non. *In eadem q. verſ. neq; his adverſantur:* ibi, concedere conditionem incerti, dele, in. *In q. 42. pr. ibi,* per partes ſolvi poſſit, lege, non poſſit. *In q. 43.* reſponſio ad argum: 5. eſt omiſſa, poteſt autem addi ex vol 3. diſp. 29. q. 4.

I*n q. 19.* opponit & aſſumit, quod æquitas & bfides exceptionem non num: pec: excludant; ſed quod manifeſtò falſum eſt, pro ratione dubitandi non rectè adducitur, & nudè aliquid ſibi opponere hocq; nulla probabilitatis ſpecie veſtire, garrire eſt, non reſolvere.

In q. 33. in principio ita contrà Tr: diſputat, ut tamen in fine concedat, SC. Macedonianum rectè dici in odiũ fœneratorum eſſe factum; quomodo propter odium fœneratorum eſt illud SCtum, ſed rurſus illi odio favor patris cauſam præbuit.

In qq. 46. & 47. malè explicat terminos, in bonitate extrinſeca & intrinſeca; quod pejus repetiit *vol. 3. diſp. 29. q. 2. verſ. & cum pecunia:* nam ibi ſuam explicationem ſubjectus textus germanicus planè refellit; verſ. da der valor vnd der werth / vñ alſo bonitas extrinſeca &c. (quam tamen Hunnius intrinſecam) & verſ. alſo auch wann ſchrot vnd Korn / vnd alſo bonitas intrinſeca &c. (quam peſſimè extrinſecam vocavit)

In

In th. 7. lit. e. rectè ſtatuit in iis, qui per quandam dignitatem poteſtate patria liberantur Sc. Macedonianū ceſſare; quod & hoc in emancipatis ceſſet, quamvis in aliis qui in dignitate & officio quidem ſunt, veluti Conſules, attamen quod filiifam: maneant, eò magis Sctum locum habere debeat, quò illi, ut ſint gratiores, ſolent eſſe profuſiores. *Hunn. hic. q. 36.* B.

In th. 8. lit. a. vult in ſolutione partis idem jus eſſe, quod in datione pignoris juris eſt; quia, inquit, ratio differentiæ perobſcura videatur: ſed quia perobſcura, utiq; aliqua ſubeſt & quæ inveſtigari poſſit. vide quam ex Donello tranſcripſit *Hunn. hic q. 39.* & licet non poſſet, ſemoto pudore L. non omnium. advocanda eſſet, ad quam & ipſe confugit infrà *vol. 2. diſp. 1. th. 7. in f.* Et obſtat *l. 9. ibi, Sed ſi. ad Sc. Maced.* Reſpondet quidē Bach: inſerta particula ET rem totam liquidā reddi; aſt vereor an hoc liceat. vide ipsū *diſp. præced. 18. th. 5. in f.*

Diſp: 21. H.

In q. 28. pr. ibi, perjurio detrectabitur: lege, detecto retractabitur. *In q. 35. pr. ibi*, neceſſaria non ſit, affirmativam: delendum eſt, NON. vel legendum, negativam. *In q. 54. pr. ibi* itemq; in actione: adde, de dolo.

In q. 18. dicit, Jcivili non teneri procuratores ad juramentum calumniæ, aſt ipſos dominos: Verum cum plerumq; procuratores meliꝰ norint calumniari, quàm ipſi principales, non absq; cauſa aſſerere cum Tr: videbor, quod quoq; procuratores teneantur, cum etiam litis conteſtatione fiant domini.

In q. 25. verſ. cæterum ſi: ibi particula Ex contrarium

efficit

efficit ſenſum allegatæ *l. 26. de jurejur:* quæ id vult & dicit, quod perſonis iis, quæ ex delatione jurarunt, cum aliàs inhabiles eſſent, ex æquitate conventionis ſuccurrendum ſit; Idem voluit & debuit Hunnius dicere.

In q. 26. inf. dicit, iſtam diſputationem exiguæ admodum utilitatis eſſe; Et ergò, quid ſit liquidò jurare, tribus verbis explicare debuiſſet, quod fecerat *Bachov. hic in th. 7. inf.*

In q. 31. verſ. ad poſtremum reſpondeo: in fine dicit veriſſimum eſſe jusjurandum nec naturalem obligationē tollere; ſed ego dico hoc falſiſſimum eſſe per *L. 95. §. 4. de ſolut.*

In q. 45. bene accedit communi Interpp: opinioni; Et licet *Coraſius 6. miſc. 1.* juramentum affectionis, econtrà Ant. Faber 16. conj. 1. veritatis, negent; exiſtimo ta- appellationes illas docendi cauſa commodè retineri, & earum effectum oſtendi poſſe.

B. *In th. 6. lit. c.* dicit in dubio omnes textus ſub tit. de jurejur. de juramento voluntario accipiendos eſſe; ſed *Vultejus diſc. 7.* de juram: judiciali; qui & amplius dixit unicum locum eſſe in toto d. tit. de extrajudiciali juramento, nempè *l. 17. pr. d. tit.* quem tamen *l. 28. §. ult. ff. eod.* clarè refellit. Et verius itaq; eſt, de utroq; jurejur: *in d. tit.* agi, & æquè judiciale quàm voluntariū actionem ex jurejurando, itemq; exceptionem, parere.

In th. 10. lit. c. verſ. defertur autem: dicit Tr: ſibi cōtradicere; quem à contrarietate ita ſalvo, ut quod lit. c. dicit, ſi pares ſint probationes juramentum deferendum eſſe reo, intelligendum ſit, ubi uterq; ſemiplenā actor pro intentione, reus pro exceptione habet: Quod autem

autem lit. a. tradit, paribus probationibus reum abſolvendum, id intelligi debeat, ubi utrinq; perfectæ, ibi enim ſe mutuò elidunt. Adde *Bachov. vol. 2. diſp. 4. th. 8. pr.* ut non credam ipſum hæc & alia loca verè contraria exiſtimaſſe, ſed ut ſolum lectores exerceret, inter ſe commiſiſſe.

In eadem th. 10. lit. e. verſ. an autem à: affirmativam contrà Tr: defendit; Ego verò negabo etiam eum appellare poſſe, quicunq; delatum juramentum retulit: habet quippe referens quod ſibi imputet; Nam ſi intentionem ſuam veram ſcivit, cur non potius ipſe juravit? Quod ſi autem veram eſſe ignoravit, quomodo per appellationem juramentũ adverſarii impugnabit &c.

Diſp. 22. H.

In th. 3. lit. b. inf. ibi, ſive ob cauſam, adde, futuram. *In q. 23. verſ. & quanquam hanc:* ibi aliquid omiſſum eſt, quod ſuppleri poteſt ex res. Inſtit. lib. 3. tr. 3. p. 2. q. 6. *In q. 33. verſ. Donellus ideo:* ibi, antè confeſſionem debitum, lege indebitum. *In q. 35. pr.* dele, exiſtimo.

I*n q. 4.* Donelli opinionem judicat longè eſſe veriſſimam, quam tamen à *Bachov. hic. th. 2. lit. a.* refutatam neſcire non potuit, aut certè non debuit, adeoque huic primum ſatisfaciendum erat, quàm de hac quæſtione ſententiam ſuam liberè exponeret.

In q. 9. benè à Tr: recedit, quem & ego hic deſero, eumq; eleganter ſatis in utramq; partem diſputando confutavit Bachov: *th. 3. lit. F.*

In q. 14. dicit eo caſu quo convenit, ut repetere liceat, verum eſſe ac proprium contractum, hocq; expeditũ

K vide-

videri; aſt id dubitari, num inde condictio indebiti, an præſcriptis verbis actio naſcatur, & ipſe hanc naſci affirmat. Ego prorſus contrà, & condictionem indebiti naſci, & quaſi contractum eſſe, exiſtimo. Et hoc poſteriore adſerto, illud conſequens & magis expeditū eſt.

In q. 34. dicit Tr: à verò plurimùm aberrare, qui Juſtin: ſolius odii Furum meminerit, &c. Reſpondeo, quod poſita cauſa principali nō excludantur aut removeantur adminiſtræ; vel & ita contrà Hunnium concludam: Quia JCtus ſolius odii fœneratorum meminerit in *l. 40. pr. de condict. ind.* SCtum Macedonianum ſimul patris favore introductum non eſſe.

B. *In th. 6. lit. d. inf.* contradictionem Tr: imputat, à qua non facilè liberari poteſt. Etenim qui de errore & ignorantia juris, eam non inhibere ſoluti repetionem, affirmat, ipſe quoq; hoc de òbligatione merè naturali, velut ad antidora, affirmare debet; vel viciſſim, quod quis de illa negat, idem de hac quoq; neget neceſsè eſt, quoniam ſolvens putet ſe ad remunerandum adſtringi, & ita errore juris ſolvat.

Diſp. 23. H. *In q. 7. pr. ibi, condict. tritic. eſſe,* adde, non. *In q. 9. verſ. non obſtat huic:* pro, ff. de eo quod cert. loc. lege, ff. de conſtit. pecun. *In q. 18. verſ. quod ſi promiſſor:* lege, ſtipulator. *In q. 21. verſ. ergò multò magis.* adde, non poteſt. *In q. 32. verſ. ad ſecundum:* ibi, fidejuſſoriam converti, adde, non.

In q. 3. quicquid ille dicat, verius eſt ſtatuta principum germaniæ potius Legibus annumeranda, & ex iis condictionem ex Lege oriri, cum *Bach. hic. th. 1.* Et cum ho-

hodiè perpetua Principum horum ſit Juriſdictio, conſequens eſt eos in locum Prætorum & Præſidum non ſucceſſiſſe, adeoq; eorum conſtitutiones Prætorii juris portionem non eſſe.

In q. 9. Hunnius Ant. Fabrum ſequitur, cujus argumenta huc & in ſuos reſol: ad Inſtit. libros, tranſcripſit: Verum Bachov. Fabrum refutavit, eiq; *l. 2. §. 1. de eo quod cert. loc.* oppoſuit, ad quam cum Faber non reſponderit, Hunnio utiq; id incumbebat.

In th. 4. lit. c. defendam pro Tr: contrà Bachov. abſurdum haud eſſe, debitoris haberi rationem, licet moram admiſerit, & amplius in actione quod certo loco, omninò moram ei nocere negabo, ſive moram culpa, ſive cauſa juſta cauſaverint. *arg. l. 2. juncta l. 1. ff. de eo quod cert. loc.* *B.*

In th. 10. lit. 6. verſ. idq; magis. abit à ſententia Tr: quā tamen, cum etiam ſint qui factum promiſſum præcisè fieri velint, tum magis ſequi poſſemus, ſi promisſioni juramentū acceſſerit: Et licet ſententiæ huic juris quædam ſubtilitas objici posſit, ea tamen religionis cauſâ cedere debet.

Diſp. 24. H.

In th. 2. lit. a. ibi, quia rem non ſolum: dele, non
In th. 4. lit. b. ibi, ſciens commodaverit oleum: lege, uas.

In th. 4. lit. d. verſ. quærit porrò noſter: vide quæ ſcripſi cap. 3. ad hanc diſputat:

In th. 5. lit. i. dicit nullū dubium eſſe, quin precario concedenti cōtrà accipientē etiam rei vindicatio cōpetat; imò aliquod & nō leve eſt, vide *Bach: th. 5. in m.*

Diſp: 25.

H. *In q. 18. pr. ibi*, quoad Juctus ſubſcribit: lege, novum. *In th. 11. lit. b. pr. ibi*, L. 11. ff. de uſufr. lege, de compenſat: *In th. 13. pr. ibi*, ita compenſatione pro, lege reconventione.

In q. 8. putat renunciationẽ juratam nullo modo ſubſiſtere; quod præſuppoſito neq; renunciationem ſimplicem valere, neceſſariò ſequitur, quia actus invalidi ex ratione JCivilis juramento non confirmantur. Et ergò neq; adhuc valebit jurata renunciatio, quamvis quoque certioratio præceſſerit, ſcilicet & hoc præſuppoſito, quod nec ſimplex renunciatio, quam præceſſit certioratio, valeat.

In q. 27. tres proponit opiniones, de quibus ſingulis ſe dicturum ſubjicit; ſed de duabus tantum, ſimpliciter affirmante & negante, dicit, de tertia verò diſtinguente, quæ Bachovii eſt *th. 11. lit. a.* tacet.

B. *In th. 10. lit. a.* ponitur hæc quæſtio, an ceſſionario ſive procuratori in rem ſuam compenſatio objici poſſit ejus nomine, quod ipſe cedens debet? quam Tr: ſimpliciter adfirmat. Sed mihi rectius cum Bachov. diſtinguendum videtur.

In th. 13. lit. b. pr. Tr: ſic explicari & ſibi conciliari poteſt; quaſi dixerit in caſu debiti liquidi aut de proximo liquidandi recõventionem quoq; admitti, ſicuti admittitur cõpenſatio, atq; ita negaverit differentiam, quã etiam conſtituit *Hunn. hic. th. 13. pr.* eam tamen in caſu debiti confeſſi agnoverit, *th. 14. lit. b.* ſiquidem confesſus pro judicato ſit, judicati verò reconventionem non inſtituant.

In

Diſp. 26. H.

In q.6. defendā rerū quoq; immobilium depoſitū eſſe; neq; obſtat, quod in jure noſtro nullū immobiliū rerū depoſitarum extet exemplū; quia nulla quoq; in eo extat Lex, quæ poſſe res eas deponi neget. Jam ſumus ergò pares. & legibus judicandum eſt, non exemplis.

B. *In th.12. lit. a.* putat apud Tr: legendum aut ſi ſatisdatio: ſed retentâ lectione hic eſſe poteſt ſenſus: tollitur quidē ſequeſtrū judicis decreto ſolo, i. e. citrà ſatisdationē; niſi tamen quis ſatisdationem præſtare velit, quo caſu judicis decreto haud opus erit. quod verò *Hunn. in th. 12. pr.* Treutlerum ſic explicat, quaſi ſequeſtrū quidē decreto tollatur, non aliter tamen niſi etiam ſatisdatio interponatur; ei ſi addas, SOLO, implicat.

Diſp. 27. H.

In q. 15. verſ. nec obſtat exemplum: ibi, utrum quid conſtituendum, lege, cuſtodiendum. *In q. 19. verſ. ſed quid dicendum:* ibi, ſummæ inæquales: lege, æquales: nam hoc quæritur. An in collatione æquali, partes inæquales pacto conſtitui poſſint? negant Hunnius & Tr: affirmat Bachov.

I*n q.15. verſ. ad 3. reſpondeo:* dicit verbū culpæ genus eſſe, ſub ſe & culpam leviſſimā cōprehendens, & ſtatim addit, quicquid de genere prædicatur, id de ſingulis ſpeciebus &c. quomodo hic culpā leviſſimā, culpæ genericæ ſpeciē facit, quod tamen ſuprà negaverat, *diſp. 24. q. 6.*

In q. 17. ei qui fines mandati, expreſsè deſignatos, exceſſerit; negoc: geſtorum actionem concedit, & in fine diſtinguit inter hoc quod contra, & quod extrà mandatum domini factum eſt; ſed neutrū placere poteſt, &

 poti-

potius cum Bachov: exceptionem tantum mandatario concedo; & in hoc caſu quicquid fit extrà mandatum, etiam contrà voluntatẽ mandantis fieri, exiſtimo, nam qui certum terminũ ſtatuit, extrà illum vetare videtur:

B.

In th. 2. verſ. deportatum: defendit excommunicatũ mandare poſſe, quod ſimpliciter non ſequor, neq; enim hæc conſequẽtia valet; Conveniri ab aliis poteſt. Ergò & alios convenire; quia illius ſpecialis ratio eſt, ne videatur de ſua malitia commodum reportare. *c. 7. extrà, de judic.*

In th. 9. lit. a. Bachovius exiſtimat Tr: vix ullo auctore affirmare, caſu quo unus pecuniam, alter operã contulerit, pecuniæ amiſſæ damnum commune eſſe; Treutlerum tamen Hunnius, mutatâ priori ſuâ ſententiâ, ſequitur hic, & in reſ. inſtit: Sed ego ſententiam Tr: falſam eſſe ſtatuo.

Diſp. 28. quã Hunnius poſuit in vol. 2. poſt diſp. 1

H.

In q. 13. benè contrà Gœddeum diſputat, quod filius cum patre de bonis adventitiis, quæ pleno jure ipſius filii ſunt, contrahere poſſit; nec obſtat Jus poteſtatis propter quod in materia contractuum filius & pater pro eadem perſona habentur; quia filius quoad hæc adventitia, ſicuti quoq; caſtrenſia bona, pro patrefam: habetur: Quod tamen jus poteſtatis fortiter concludit contrà Hunnium *in q. ſeq. 14.* ubi erroneè idem affirmat de adventitiis, quorum uſumfructum pater habet; Et quia Hunnius id quoq; de hiſce bonis adfirmavit, malè à regula: Quemlibet contrahere poſſe: excepit filium & patrem; quia præter bona ab ipſo excepta, filius nulla alia habet, adeoq; exceptio nullo caſu verificari poterit.

In

In q.58. inf. dicit, an pactum revenditionis ad ſingulares ſucceſſores venditoris tranſeat, dubitari; Atqui in ſucceſſore ſingulari venditoris quæſtio illa locum non habet, cum nullus fingi poſſit ſucceſſor ſingularis in re quæ jam alii vendita traditaq; eſt; nec itaq; dubitari poteſt. *Bach. hic. th. 10. lit. b.*

In q. 63. ipſe recedit à Tr: cui tamen Bachovius accedit, & huic ego: Illa tamen ratio, qua plæriq; hic utuntur, quod jus accreſcendi non tantum commodum, ſed etiam onus ſit obtingens invito, quod adeò vendendo effugere non poſſit, qui partem ſuam adiit, apud me, quin apud ipſum Juſtin: *in l. un. §. 11. C. de cad. toll.* falſa eſt.

B.

In th. 2. lit. c. p. 1057. poſt medium: eò delabitur, ut neque ad rem reſtituendam reum præciſè teneri exiſtimet; Atquin exiſtimavit ſuprà *diſp. 25. th. 7. lit. c.* neq; propter debitum ſpeciem aut corpus petitum retineri potuiſſe. Et ſanè quarum rerum, V. G. depoſitarum, retentio nulla eſſe poteſt, earum reſtitutio omninò neceſſaria eſt.

Diſp. 21. H.

In q. 16. defendit conductorem regulariter quoque leviſſimam culpam præſtare, ſed vix adſentior; quod utriuſq; hic verſetur utilitas, & ergò per *l. 5. §. 2. ff. commod. juncto. §. f. I. quib. mod. re contr. obl.* poteſt tamen Hunnius exercitii cauſa defendi.

In q. 31. remittit ad res. Inſt. ubi generaliter quærit, cujus juris ſit Emphyteuſeos contractus? veruntamen in ſolutione contrariorum dicit, quæſtionem eſſe non de quavis Emphyteuſi, ſed de ea quæ per Zenonis conſtitu-

ſtitutionem propriam acceperit naturam; quomodo manifeſtò ſtatus quæſtionis invertitur, imò evertitur.

In q.51. ipſe ſequitur Tr: cujus tamen ſententiam probare mihi religio eſt; neq; enim eam probat. *N. 120. c. 8.* quam ego noviter inter diſputandū explicabo: Et diſconvenit ſimilitudo à locatione petita. Planè penſionem accipiens ut ſe dominum profitetur, ita ſolventem Emphyteutam agnoſcit.

B. *In th. 9. lit. a.* non rectè ſe habet ejus collectio; ſicuti enim in *diſp. præced. 26. th. 1. lit. c.* malè concludes. Depoſitum eſt contractus. Sequeſtrum neceſſarium eſt depoſitum. E. eſt contractus; ita etiam hic, Emphyteuſis conſtituitur teſtamento. Emphyteuſis eſt contractus, Ergo. &c. quia utrobiq; Tr: definit ſpeciem, non genus.

In th. 11. lit. F. imputat Treutlero aſſertionem perſpicuè falſam: ſed cum Tr: ad JCivile potius diſputationes conſcribere voluerit, neſcio an ita benè inferatur: Tr: legitimatos in Emphyteuſi Civili ſuccedere affirmat. Ergò negat eos ſuccedere in Emphyt. Eccleſiaſtica.

Diſp. 30.

H. *In q. 5. verſic. atq; ita quoq;*: ibi, tradiderit cum habet: lege, non.

In *q. 11. verſ. neq; obſtat*: pro conciliatione dicit Juliani ſententiam referri, non etiam probari; quomodo etiam ſuprà *diſp. 6. q. 24.* conciliavit. Sed contrà hunc modum conciliandi ipſe Hunnius multis verbis diſputavit, eumq; rejecit *in tr. de author. JCiv. c. 2. q. 2.* ſed ſolet ipſe quidvis pro quovis reſpondere.

In

In l6. 9. lit. a ... [illegible] *8.*
poſſe tamen videri Ulpianum & Paulū ſibi nullo modo contradicere, ſiquidem uterq; affirmet, Julianum in ſcientem tantum actionem prætoriam, de dolo, dediſſe, *d. l. 7. §. 2. de pact. d. l. 5. §. 2. de præſcr. verb.*

Volum. 3. Treutler. Diſp. 1. H.

In q. 6. verſ. nec priori. ibi, creditoris poteſtatem: lege, debitoris. *In q. 67. pr. ibi*, creditorq; lucre: lege, debitorq; .

In *q. 9.* recedit à ſententia Tr: à qua receſſit quoq; Bachovius, recedo & ego. Vide quæ in utramq; partem affert maſculus ille pramaticorū domitor *Ant. Fab. dec. 23. err. 2. & ſeqq.*

In q. 14. dicit affirmativam ſententiam ſequi auctorē noſtrum; & tamen paulò poſt ſubjicit, veriorem eſſe auctoris noſtri ſententiam negativam; ſed Hunnius inadvertentia iſthac labitur ſæpius.

In q. 31. negat repreſſalias, præmiſſis licet requiſitis concurrentibus, jure defendi poſſe; in contrarium tamen eruditè diſputat *Mindan. de proceſſ. lib. 1. c. 48.* ut non malè Bachov: *in addit. vol. 2.* priorem ſententiam ſuam quaſi revocaverit: Quamvis nō ſit de nihilo, quod ait *Coler. p. 1. proc: execut. c. 2.* ob pacem publicam non eſſe concedendas repreſſalias, quod nobis detinentibus extraneorum bona, illi viciſſim noſtrorum detinebunt, donec tandem bellum exoriatur &c, tametſi hoc ab accidenti ſit, quod quidem JCti non conſiderant, omninò interim politico viro præcavendum eſt.

In q. 38. ipſe multa verba fundit; placet paucis Bachovius. Nimirum antichreſis, ſi quātitas fructuum nō

nimis multum, & variatis vicibus excedit legitimum modum uſurarum, ſuſtineri poteſt: ſin autem [illegible] reditus ordinariè & regulariter modum uſurarum [illegible] cedant ea improbari debet.

In q. 45. rectè contrà Tr: ſtatuit, ne quidem Legem Cõmiſſoriam in perſonâ fidejuſſoris valere; quod alias facile beneficium *Legis fin. C. de pact. pign.* eluſorium & inane reddi poſſet, ſiquidẽ plerumq; cauti creditores, fidejuſſores exigere ſoleant; aut certè Legis commiſſoriæ memoria revocaretur, contrà *d. l. fin.*

In q. 35. verſ. reſpondet quidem Donellus &c. dicit [illegible]natoriam eſſe hanc reſponſionem, nec colligi poſſe ex verbis *d. l. 11. §. 3.* talem caſum ibi propoſitum fuiſſe: Atquin ipſe *diſp. ſeq: 3. q. 11. verſ. ſed huic:* eam reſponſionem probat & ſequitur, dicitq; *d. l. 11. §. 3.* expreſsè de tali loqui caſu &c. Concilict hoc qui velit.

B. *In th. [illegible] lit. f. inf.* rectiſſimè monet eſſe errorem [illegible] [illegible], quem tamen Hunnius ſubticuit, & male, [illegible] [illegible] à hujus loci incorrecti reſolutione, nuda tantum verba conſtitutionis Elector: ad longum appoſuit.

In th. 5. lit. b. limitationem iſtam, ſi canenem [illegible] inſubtilem vocat, quam tamen habet ipſe Juſtin: *in §. [illegible] I. de locat:* cum Imperatore verò loqui non erubeſcendum eſt. Quamvis putet Bachov: *vol. 2. p. 930. pr. & vol. 3. p. 155. in m.* licet ita loquatur Juſtin: non tamen docentis & interpretis eſſe hoc imitari.

In th. 9. lit. a. verſ. quid ſi debitor: diſſentit ipſe a Tr: Treutlerum tamen ſequitur Hunnius, q. 55. cujus & mihi ſententia potior eſſe videtur: nec obſtat regula, qua dicitur, nobis id facere permitti, quod nobis proſit, alteri non noceat, quoniam locum nõ habet in jure alteri

jam

non quæſita. Et utiq; propriis auribus [illegible] cre- ditorem, quod metuere poſſit, pignori oblatum [illegible] æquè idoneum videatur, tract[illegible] tamen temporis [illegible]- neum fieri poſſe.

In q. 21. verſ. veruntamen: ibi, præſtandam obli- getur: adde, non. Diſp. 4 B.

In *q. 6.* ipſe ſtatuit emtori ſupinè ignoranti redhibito- riam dandam eſſe; quod omninò falſum eſt, ſi vici- um venditor ignoraverit ipſe: ſed etiam ſi ſciverit, non tamen hæc emtori dabitur. Vide Bachov. *th. 2. lit. b.* neq; enim verum eſt, quod Hunnius ait, venditorem tali caſu in dolo eſſe, *arg. l. 43. §. 1. de contr. empt.*

In th. 5. lit. c. inf: judicat jus Saxonicum planè irra- tionabile eſſe, quod tamen optimam habere videtur ra- tionem; ut nimirum Chriſtiani, dato Judæis tali privi- legio, nunquàm vel raro ab ipſis emant, undè conſequē- ter neq; aliquid ipſi Judæi emturi ſint à furibus.

In q. 21. inf. ferè, planè ſibi perſuaſum habet, dona- torem ſemper de evictione teneri, hoc argumento; quod ipſe omninò rem ejusq; dominium dare teneatur, Et ergò evictionem etiam præſtare. Sed non eſſe bo- nam conſeq: benè reſpondit *Bach. th. 5. lit. d.*

In th. 9. lit. b. pr. dicit debere eſſe in arbitrio vendi- toris, num velit precium ſuppleri, an rem ipſam recipe- re; Atquin *in th. ſeq. q. 44. verſ. mihi in hac*: vult penès emptorem electionem eſſe, utrum præſtare malit.

In th. 4. lit. b. pr. alienum ſenſum Tr: aſſuit, quem ſubintellectâ particulâ *Amplius* facilè explicare, vel ſaltem ſic interpretari debuiſſet, ut poſtquam B.

 ven-

venditor rem receperit, precium tamen nondum tradiderit, quia neutra earum ad hoc recipiendum competat, ideò ad actionem in factnm recurratur &c.

In th. 8, lit. c. benè dicit jure novo poſito fruſtrà de fiſco ſequente forum emtoris conventi diſputari; ſed videri poſſet Tr: reſpexiſſe ad jus novâ cōſtitutione Juſtiniani antiquius. *arg. d. §. fin. I. de uſucap.*

In th. 9. lit. a. verſ. ut ſi pactum: dicit falſam eſſe traditionem Tr: quæ imò defendi poteſt, ſi pactum ejusmodi ſit, quod contractui cauſam dederit, non etiam quod incidenter inter contrahendum adjectũ fuit, quomodo ſimilitet nec difficilis reſponſio eſt ad *l. 14. C. de reſcind. vend.*

In th. 10. lit. b. hoc pro Tr: notari poteſt: Vel agitur de cōtractu inito perficiendo, vel perfecto reſcindēdo. Ibi res eſt in obligatione reſpectu emtoris, cui rem dare obligatur venditori; ſed preciũ reſpectu venditoris, cui id ſolvere obligatur emtor. Hic a. ſi venditor læſus ſit, agatq; ad reſcindendũ, ejus reſpectu res data in obligatione eſt; ſin emtor, ejus reſpectu precium ſolutum.

Diſp. 3. *H.* *In q. 1. in margine*, pro,]divino, lege,]naturali. *In q. 1. verſ. nec hic quenquàm:* ibi, niſi ipſi creditori lege, debitori. *In q. 39. in margine*, pro faciendi, lege, dandi.

In q. 10. contradictionem non evitat; dixit enim *in q. praeced. 8.* licet aliis ſtrictis cōtractibus pactum incontinenti adjectum inſit, eandemq; cum ipſo contractu actionem producat, attamen unicum Mutuum excipiendũ eſſe, cui tale pactũ neq; ineſſe, adeoq; neq; eandē actionem ipſius cōtractus producere, poſſit: Sed *in q. 10.* ſubjicit, in quatuor caſibus pactũ mutuo adjectũ, actionem

rem producere, ſcilicet quod in continenti adjectū fuerit, ideoq; mutui contractui inſit. Atqui ſi hæc vera eſt exceptionis ratio, ſequetur pactum hoc quoq; producere actionem ex mutuo deſcendētē, & ſic pro cōſequendis uſuris condictionem certi ex mutuo competere. Sed falſum conſequens, vide *d. q. 8. verſ. non moveor* ; *& verſ. ſeq: &c.*

In q. 27. vix ei adſentior : videri tamen poſſet intereſſe, an delinquendo ipſa res perimatur, an tantum auferatur ; Quomodo fures raptoresve cū reſtituere poſſint debeantq;, neq; reſtituant, ex ipſo tempore cōmiſſi delicti in mora eſſe intelliguntur, adeoq; per delictum moram contrahunt; quod ſecus eſt ſi quis animal hominemve promiſſum occidat.

In q. 32. benè defendit per unicam interpellationem induci moram, diſſentiente licet Bachovio *th. 6. lit. d.* cujus illa ratio non concludit, quod in Legibus petitionis repetitæ mentio fiat ; nam & ipſe ſuprà *vol. 1. diſp. 5. th. 7. lit. h.* voluit, etiam cum pluraliter fidujuſſores Lex exigit, unū ſufficere : Et quod de effectibus moræ, eos magni eſſe præjudicii, adfert, inverti poteſt ; ſcilicet inde tantò magis debitorem admoneri, ne poſteâ ſuâ culpâ moretur in damno.

In q. 34. contrà Tr : ſententiam diſputat, quod etiam facit Bach. *th. 7. lit d.* , *verſ. qui ait in condit :* Ego verò hic Tr : non deſero. Et utiq; ſi de conditione poteſtativa loquamur, ejus ſententia veriſſima erit. Quod verò opponit Hunnius arg. 2. ad hoc ipſe *in q. præced. 33. verſ. etenim committitur* : reſpondit. Sicuti & illud quod dicit *verſ. adſecundum : ibi, quid ergo : ex d. q. præced. verſ. huic quippe argumento* : refelli poteſt.

B. *In th.5. lit. b.* hic & alibi Treutlerum *juvare* potius debuiſſet, qui licet ſimpliciter dicat, pactum [illegible] pro non adjecto haberi, id tamen cum grano ſalis acci-pi, & ſecundum allegata explicari debuit.

In th.6. lit. a. Moræ definitionem, dicit perfect[illegible] non eſſe, quia eam ingrediatur diviſio: Atquin ita ple-nior videri poterat. Et definivit Tr: moram in genere, quæ aliàs debitoris reſpectu, fruſtratoria ſolvendi; cre-ditoris autem, recipiendi debiti, dilatio eſt. Vide *Hunn. q. 26. arg. 4.*

In Corollario dicit, non minus Judæos quàm Turcas peregrinos habendos eſſe, vide tamen *c. diſpar. 23. q. 8.* & addit, ab iis nil niſi incommoda ſperanda; cum tam[illegible] vivi quidam apices ſint repræſentantes dominicam paſ-ſionem. Et ſanè vidimus aliquando aliquam Rempub[illegible] cui inopinato caſu opus fuit ingenti ſummâ præſent[illegible] pecuniæ, illam à Judæis brevi ſpacio conficere potui[illegible]

Diſp. 4. H. *In q. 20. arg. 2.* ibi, tanquàm legitimum: lege, [illegible]tivum. *In q. 37. verſ. ſicut porrò:* ibi, captando [illegible] obeſt: lege, prodeſt.

In q. 5. rectè dicit, Argumenti appellatione quoq; [illegible]ſtes comprehendi, quod etſi paulò durius videat[illegible] *Bach: th. 1. lit. a.* firmari & oſtendi tamen poteſt per *L.* [illegible] *C. de non num: pec:*

In q. 6. ipſe Treutlero opponit, quod notorium [illegible] poſſit probari; Atquin Tr: hoc quoq; concedit, *th.* [illegible] *lit. C.* Sed voluit tantum *lit. e.* quod notorium pro [illegible]dio probandi & concludendi, ad aliud dubium proban-dum adduci poſſit, vide *Bach. th. 1. lit. c.*

In q. 31. Species præſumptionis inquirit: Malim ego

unu[illegible]

[illegible] Vide [illegible].

In th. 1. lit. b. pr. male ponit quaſi Tr: de negatione pura loqui & intelligi poſſit; cum ipſe ſatis apertè ſe explicaverit *in th. 4. lit. C.*

In th. 1. lit. b. verſ. ſive de jure: adſertioni Tr: nō pauca opponit, & præcipuè quod probatio ſit rei dubiæ oſtenſio. Jus autem non dubium, ſed certum eſſe debeat. Debere & nos dicimus, interim nec diffitemur jus non omne certum eſſe, etiam in theſi: quod liquet ex communibus Dd. opinionibus contrà communes, ex caſib9 quos vocamus pro Amico, & quod paſſim tradatur caſum Imperatoriâ deciſione egere. Quin ipſosmet judices quoq; de jure dubitare videm9 ex *L. 79. §. 1. de judic.* Et ipſe Bach. *th. ult. lit. b.* diſtinguit inter Jus certum& dubium.

In th. 1. lit. e. verſ. teſtes: facit Tr: ſibi contrarium; quod ille *th. 1. lit. a.* neget præſumptionē verè probationē eſſe, ſed in *th. 2. lit. a.* eam probationis artificialis, quæ vere probatio eſt, ſpeciem faciat. Quod conciliari tamē poteſt ex *th. 2. in rubr. ibi, quarū utraq;.*

In th. 1. lit. f. verſ. & confeſſio: Facit itidem Tr: ſibi contrarium; quod ipſe in *th. 1. lit. f.* neget confeſſionē eſſe veræ probationis ſpeciem, ſed in *th. 2. lit. a.* eam probationis inartificialis, q̄ vera probatio eſt. *d. th. 2. lit. b.* ſpeciē faciat, quod præterquā ex notatis Saliceti, ad q̄ Tr: ſe & lectorē remittit, conciliari poſſit debeatq;, etiā ſatis ex *d. th. 2. rubr: ibi, quarū utraq;: refellitur.*

In th. 3. lit. b. verſ. caſus verò: dicit ſe non animad-

ver-

vertere, quid Tr: ſibi velit illis verbis: quod non princi-
palis intent: &c. quæ tamen Donell. citatus ſatis explicat. Nimirum, regula eſt, Præſumitur pro poſſeſſore, quod res ejus ſit. Ergò onus probādi petitori incumbit. Atquin cum in *d. l. 16.* fratres poſſideant, & tamen iis probatio incumbat, videbatur caſus *d. l. 16.* à regula excipiendus eſſe. Ad hoc Tr: iſtis verbis reſpondere voluit, quod fratribus poſſeſſoribus in *d. l. 16.* exceptionis ſuæ, & ita tanquam actoribus, probatio incumbat, adeoque caſum eum ad regulam non pertinere.

In th. 8. lit. c. omninò cum ipſo dixerim, negantem reum, ubi actor in probatione defecit, definitive abſolvendum eſſe, ita ut ab actore ſuper illa cauſa rurſus conveniri non poſſit. §. 5. *I. de except.* Ille verò reus repeti poteſt, qui ſaltem ab obſervatione judicii ſeu inſtan... **vom Gerichtsſtandt** abſolutus eſt. Id autem quando fa-ctum videatur, aut fieri debeat, videre eſt apud *Covar. 1. reſ. 1. n. 8.*

In th. 9. ad n. 4. hoc notari poteſt; eſſe tamen ali... qui quæſtionē hanc, quæ in terris Pōtificū & Academi... occurrere poteſt, affirment: ſcilicet, poſſe judice... cui accuſatus in confeſſione delictum patefec... conſcientiam ſuam ſequi, & accuſatum condemnare, etſi nihil vel aliquid ex actis probetur.

DISPUTATIO 3.

Reſpondente

Dn. MICHAELE Saurman/ VVeſtphalo, LL. Studioſiſs.

In q.32.pr. ibi, indiſtinctè negativam, lege, affirmativam. *Diſp.5. H.*

In q. 6, negat etiam valere inſtrumenta, quæ quidem notarius creatus fecerit, cujus tamen poſteà inhabilitas deprehenſa fuerit; ſed rationis eſt, ut Tr: ſequamur, quem & ſequitur Bach. quod iſte Notarius auctoritate publica, & perſonam ſibi à Magiſtratu impoſitam gerens, inſtrumenta ea ſcripſerit.

In q. 10, ab authoris ſententia recedit, quæ interim defendi poteſt, quamvis eam dubiam faciat, quod quis in cauſa propria nec judex nec teſtis eſſe poſſit; attamen ratio diverſitatis in promptu eſt. Et Notariũ cogi inſervire aliis, ſibi ipſi verò non poſſe, incõveniens videtur.

In q. 50. Dd. vulgò præſentiam requiri putant, ſolum cum jurant teſtes, non deponunt. Sed graviter iis obſtat *L. pen. C. de teſtib.* quæ non vult jusjurandum, ſed teſtimonia recipi parte præſente. Defenderim ego cum Donello, ubi partes ulteriori productioni renunciaverant, præſentibus iis teſtes examinari potuiſſe, quod etjam tentari poſſe exiſtimavit *Bach. tb. fin. lit. a.*

In tb. 2. lit. d. exiſtimat contrà Tr: Notarium morbo impeditum alteri partes ſuas demandare haud poſſe; quod ego tamen poſſe dixerim, caſu quo notarius qui- *B.*

M dem

In th. 4. lit. a. verſ. etiamſi certum: ipſe expungendam putat negationem, ut conſtet ampliatio; ego contrà retinendam puto, & legendum pro *Etiamſi, ſi etiam*, ut ſit præcedentium limitatio.

In th. 5. lit. c. aſſumit nullam Legem dicere, ut actis publicis indubitata fides habeatur; vide tamen *l. 30. ibi, inconcuſſam firmitatem: C. de donat: l. fin. ibi: perpetuam firmitatem. C. de re jud.*

In th. 6. lit. f. dicit ſtatutum quod injuratis teſtibus fidem haberi velit, irrationabile videri, quod hominũ levitas vinculo juramenti coërcenda ſit. Atquin ipſe *vol. 1. diſp. 21. th. 3. in f.* Jus Saxonicum ſtatutarium, quo ſublatum eſt juramentum calumniæ, propter levitatẽ jurantium perjuriiq; metum, rationabile eſſe dixit.

In th. 6. lit. g. Tr: dicenti, etiam ad Papam convincendum duos teſtes ſufficere, ipſe opponit *c. præſul. cauſ. 2. q. 5.* ego iſti canoni oppono *c. 10. extrà. de teſtam.*: in quo dicitur, plura quam duorum aut trium teſtium verba requirere, à divina lege eſſe alienum: vivimus autem Lege Dei, non lege hujus ſeculi, dicitur in *c. præced. 5. extrà. eod.*

Diſp. 6. II.

In q. 7. pr. ibi, de futuro; lege, præſenti.

In *q. 9.* aliqui dicunt, Jus Canonicum vix aliquid novi introduxiſſe, nam quæ LL. Civiles ſimpliciter Sponſalia, Canones Sponſalia de futuro vocaſſe; quod verò Leges Nuptias, hoc Canones Sponſalia de præſenti dixiſſe, ut ſic quaſi Jus Canonicum diſtinxerit ipſas nuptias, quas conſenſus facit, à matrimonio, quod concu-

bi-

birus confirmat: Inde Braut vnnd Breutigamb/ hinc Mann vnd Weib/ dicuntur.

In q. 14 ita diſtinguo: vel eſt quæſtio de matrimonio contrahendo, vel eo jam conſummato. De priore Reſpondeo: Omnia jura ab ejusmodi cōjunctione dehortari, quin & fermè prohibere. *Bellarmin. 1. de matr. ſacram. 23. propoſition. 1.* De poſteriore autem reſpondeo: talem tamen conjunctionem non eſſe diſſolvendam. *Bellarm. d. lo. propoſit. 2.* quod verò ipſe ibi addit, neq; poſitivo jure matrimonium hoc irritari, huic opponi poteſt *l. 6. C. de jud. Esdræ c. ult. c. ult. cauſ. 28. q. 1.* ad quæ loca Bachov: *th. 1. lit. e.* reſpondet, hoc eſſe juris poſitivi, & ipſe Bach. tamen Bellarminipropoſitionem videtur approbare.

In q. 42. quod Civili jure matris conſenſꝰ in liberorum nuptiis non ſit neceſſarius, inde concludit, quod ea liberos in poteſtate non habeat: cum tamen pietas parentibus, etſi inæqualis ſit eorum poteſtas, æqua debeatur *l. 4. de curat. fur.*

In q. 45. malè negat valere ſtatutum, quod mortuis parentibus Tutorum conſenſum exigit, falſum enim, hoc ſtante. libertatem matrimoniorū minui, *argt. Alb. Gent. 4. de nupt. 5. in f.* ubi plus dicit, nec libertatem impediri ſtatuto prohibente nubere extrà civitatem. Et inſuper judex interveniet, ſi tutores ſine juſta cauſa non conſentiant.

In th. 7. lit. i. ipſe prius omnibus tentatis, verbera cōcedēda putat, ſi verba nihil proficiāt, quod extremo malo extremis occurrēdū ſit remediis. Sed certè rarò proſperè ceſſiſſe hoc remedium facta quotidiana loquūtur. Mirabile affectus conjugalis teſtimonium de Moſchis habet *Gipban. ad l. 8. §. 2. C. de repud.*

In q. 65. verſ. relinquitur ergo: dicit non per ſolum adulterium, ſed etiam per alias conſimiles cauſas Matrimonium quoad vinculum diſſolvi: quo præſuppoſito facilè obtineri poteſt, frigiditatem hoc ita diſſolvere, quod tamen ipſe negavit in *th. 8. pr.*

B. *In th. 1. lit. a. verſ. & ſunt:* putat Sponſalia præcedere quidem ſolere, ſed non neceſſariò debere; quod ut ut ſit, progreſſus tamen à Sponſalibus ad ipſum matrimonium, bonus & utilis eſt. *c. 39. cauſ. 27. q. 2. & hinc Ovid:*

Nubere ſi quà voles, quamvis properabitis ambo,
Differ, habent parva commoda magna moræ.

In th. 1. lit. d. verſ. etiamſi Sponſa: Treutlerum ſibi facit contrarium, Et ſanè quomodo conciliari poſſit non video, quamvis inter diſputandum pro opponentibus facilè aliquid adferri queat, quò ipſi acquieſcere debeant. Hunnius quid hic pro Tr: tentare vellet, audire mallem.

In th. 3. inf: ipſe ferè adfirmat votum virginitatis licitum & ſervandum eſſe, eumq; qui voverit Chriſto, ſi uxorem ducat, adulterium perpetrare: Sed ita quomodo Luthernm excuſabimus? Et igitur hunc qui ſequuntur Theologi, docent, Monaſtica vota non ſolum cum Dei verbo, ſed etiam ſæpiſſimè cum ipſa naturâ, pugnare. Vide *Menzer. contrà Piſtorium.*

In th. 5. lit. c. verſ. idq; neceſſariò: adſtipulatur propoſitioni Bellarmini, quæ hæc eſt; Peccare quidem filios inſciis parentibus uxorem ducentes, matrimonium tamen ipſorum ratum eſſe; ſed cum Bellarminus non neget, eos qui ita copulantur, peccare in inſtitutionem

ipſius

Digitized by Google

ipſius Dei, (Bachovius tamen arg. 5. hoc peccatum JCivilis eſſe dicit) conſequitur non poſſe ejùsmodi matrimonium eſſe ratum: quia ſi enim ratum eſt, quod ſecundum ipſius Dei inſtitutionem contrahitur, oportet certè, ex natura oppoſitorum, eſſe irritum, quod cum inſtitutione illa pugnat. Vide *Menzer. de conjug. p. 140. & ſeqq.* Hinc inferri poteſt veriſſima eſſe ea quæ dicit

In eadem th. 5. lit. c. verſ. ſed an citra: nimirum poſito actu illo matrimonii irrito & nullo, nequaquam cum copula ſecuta ratum bonumq́; fieri; quod enim contrarium eſt ordinationi divinæ, & per ſe eſt peccatum, non poteſt ullius hominis auctoritate factove ratificari vel cōfirmari, quia non eſt peccatum approbandū, ſed cum deteſtatione agnoſcendum. V. *Chemnit. in loc. Theolog. part. 3. in f.* Ita diſputant Theologi, qui à Pontifice Romano, & ejus Concilio Tridentino ſeceſſionē fecerunt.

In d. th. 5. lit. c. verſ. ſed an citra: p. 282. pr. dicit matrimonium citrà voluntatem patris cōſummatum, eſſe conjunctionem fornicariam; Atqui *p. præced. 276. in f. & p. ſeq.* eam conjunctionem pro matrimonio haberi debere, diſputavit. Sed hoc obtinere voluit ex ratione Jgentium; illud verò ſecundum LL. Civiles, quæ patris conſenſum de neceſſitate requirant.

In th. 7. lit. b. verſ. actus ſanè legit.: facit Tr: ſibi ipſi contrarium, ex eo quod in *th. 6. lit. d.* agnoſcat Matrimonium conditionale; Atquin ipſe Bachov. *in d. th. 6. lit. b. p. 285. in m.* quid his verbis dicat Tr: vel potius dicere voluerit, ſatis explicavit. Scilicet cum nunquā matrimonium poſſit eſſe ſub conditione, ſed Sponſalia. Vide *Alb. Gent. 2. de nupt. 12. in f.* videri Treutlerum matrimonium pro Sponſalibus de præſenti poſuiſſe, quod

hæc ratione vinculi rationem matrimonii habeant. *Bach. d. p. in pr.*

Diſſ. 7. H.

In q. 10. verſ. ad ſecundum reſpond: ibi, dotis autem finis omninò: adde, non. *In q. 11. in pr.* dicit negare, &c. & ſubjicit hæc illorum eſſe fundamenta: atquin illa ſunt fundamenta eorum qui affirmant. *In q. 21. in verſ. fin:* dele, non. *In q. 38. verſ. non deſunt:* pro, uxori, lege, marito. *In q. 54. arg. 1.* ibi bis pro, ff. ſol. matr. lege, ff. de pact. dotal. & in reſp. ad arg. 7. pro, ob mariti: lege, uxoris. & *ibidem verſ. conſideremus nunc:* ibi, nullis relictis, dele, nullis. *In th. 11. lit. d. verſ. quod enim.* ibi, hoc caſu ad dotatorem; lege, patrem.

In q. 10. ipſe Tr: ſequitur, à quo tamen ex parte recedit Bachovius. Exercitii gratiâ pro utroq; diſputari poteſt.

In q. 18. ſimpliciter negat filium ad dotandã matrem teneri; Ego tamen iſtud cum Bach: *p. 328. in m.* arbitrio judicis dicam eſſe relinquendum. Et ad arg. i. quod hic pro ſe adfert Hunnius, ipſe in *præced. q. 17. verſ. nec huic obſtat:* id ſibi valdè videri ſuſpectum, reſpondit.

In q. 25. an indefinita dotis promiſſio valeat, difficiles ſunt *l. 69. §. 4. de jure dot. & l. 1. C. de dot. promiſſ.* exiſtimarem intereſſe, an quis dotem ſe tum promittere, an promiſſurum eſſe, reſponderit: ut illo caſu dotis promiſſio ſit indefinita valeatq;, hoc verò incerta.

In q. 43. in f. dicit actionẽ ex ſtipulatu, maritò ad dotis exactionẽ cõpetentẽ, nõ habere annexũ jus hypothecæ; quod falsũ, & apertè eſt cõtrà *d. l. un. §. 1. C. de rei ux. act.* ex quo generali textu videri quoq; poteſt, extraneo etiã dotem ex ſtipulatu repetenti, hypothecam datam eſſe, ſed vide Bach. *hic p. 361. in f.*

In

In q. 48. contrà Tr: indiſtinctè affirmat, maritum jus res mobiles alienandi habere, quod & affirmavit Bach. *th. 9. lit. c.* Quod ſi verò hæc eſt Tr: ſententia, maritum neq; poſſe rem immobilem, etiam conſentiente muliere, alienare; attamen ita poſſe rem mobilem, adeoque hujus rei alienationem, non niſi diſſentiente muliere, prohibitam marito exiſtimet, ea defendi poteſt.

Poſt q. 53. improbat quoddam ſtatutum, quale tamen ego cum Bach. hic. non dubitaverim valere, modò aliqua inter dotem, & partem ex bonis mariti debitam, ſit proportio.

In q. 56. in f. ſubjicit, quæ authoris noſtri ſententia ſit, ipſum verbis ſatis perſpicuis declaraviſſe; atquin hanc nec Bachovius *hic p. 393. in m.* ſatis intellexit, neq; eam facilè quivis ſtudioſorum alius, citrà abſolutiſſimã reſolutionem, intelliget. Mihi autem placet vel cum Bach. communem Dd: *d. l. 7.* §. *1.* explicationem ſequi; vel cum *Hillig. D. E. 14. c. 7.* ſuum εὕρηκα exclamare.

In q. 59. miror ipſum in re facili tot verba fundere; quod verò de Monachis in fine adſicit, ſatis conſtat eos nunquàm oſculari debere fœminas. *c. 104. de conſecrat. diſt. 4.* Si tamen oſculentur, abſit ut quidquam ſiniſtrum de his arbitremur; ait *c. 14. cauſ. 11. q. 3.* quod quidem alii in vetula admittunt, aſt de juvene & pulchra ſuſpicari licet.

In th. 1. lit. d. verſ. unde rectè: dicit ſe rationẽ Tr: quod dos promiſſa per relationeem, dos ſit, non intelligere; quam Hunnius q. 6. ſic intellexit. Promiſſa dos, ait ille, appellatur dos κατὰ χρηστικῶς, habita videlicet ratione ad futuras nuptias, & illud tempus, quo ſoluta fuerit. Qui intellectus *arg. l. 55. de uſufr*, confirmari poteſt. B.

In

In th.3. lit.g. dicit ibi veriſſimam eſſe ſententiam cōtrà Tr: &c. cui tamen ſe oppoſuit *Hunn. q. 21.& q.33.* ego verò veriſſimæ ſententiæ non facilè me oppoſuerim: Et dicit *Bacbov. p. 330. pr.* hodiè hac quæſtione nihil opus videri, *arg. L. un. C. de rei ux. act.* negat tamen etiam illud Hunnius *dd. qq. inf.* Sed utiq; hic Hunnio repugnant expreſsè verba *d. L. un. §. 1. ibi: ſive ex parte mariti, ſive Mulieris, &c.*

In th. 4. lit. f. durum eſt quod dicit Tr: non intellexiſſe *L. 6. §. 2. de Jdot.* durius quod dicit *vol. 3. p. 104. pr.* ipſum non intellexiſſe quid quæreret: ſed hoc duriſſimum, quod dicit *eod. vol. 3. p. 487. in m.* neq; Cujaciū *L. 5. de Confeſſ.* intellexiſſe. Quin etiam nec ipſum Pontificem intellexiſſe ſatis quos caſus proponeret. *vol. 3. p.* 529. qui tamen de ſe gloriatur, quod omnia jura in ſcrinio pectoris habeat.

In th. 6. lit. b. dicit nullo colore defendi poſſe, quod Tr: voluerit in dubio dotem æſtimatam præſumi traditam; cum tentari tamen poſſit, præſumtionem hanc favore Mulierum & dotium, adeoq; ipſi9 Reipubl. *arg. l. 2. de Jdot.* retinendam eſſe.

In th. 9. lit. b. verſ. quod in rebus: in fine benè monet Tr: potius Donelli, quem tamē prodiſſent: citat, quàm Ant. Fabri, quem pro ſe allegat, opinionem amplecti: Sed lector, elige cui dicas tu mihi ſola places: nos enim utrumq;, exercendo te, ſuſtinere parati ſumus.

In th. 9. lit. d. dubitat de aſſertione Tr: quæ interim ex *N. 61. §. 3. ibi, & multò poti9 hæc in dote valebunt:* hoc argumento confirmari poteſt. Quod valet in donatione propter nuptias, hoc multò magis in dote valere oportet. Atquin illius alienatio iterato uxoris conſenſu con-

Digitized by Google

confirmatur. Quare & hujus: tametſi Bachov. non rectè inferri reſpondeat.

Diſp. 8. H.

In q. 12. verſ. confirmat deniq́;, ibi, à patre ritè datum, adde, non. *In q. 19. verſ. veriſſima mihi:* ibi verba: tutorem, curatorem, transpoſita ſunt.

I*n th. 1. lit. f. in f.* dicit poſſe fortaſſis tutelam etiam dividi in regularem & irregularem: ſed fortaſſis Hunnius errat, quoniam irregularis tutelæ ſpecies nulla reperiri poteſt: & tutela materna expreſsè vocatur legitima in *L. 6. C. ad SC. Tertull.*

In q. 11. quatenus mater liberis ſuis tutorem dare poſſit, difficilis eſt *L. 4. C. de teſt. tut.* Hunnius cum Cujacio negationem expungit, quod præterquàm violentum eſt, nodum inſuper qui nectitur ex *d. L. 4.* expedire non videtur. V. Bach. *hic. p. 406. in m.* qui tamen ipſe quid reſpondendum ſit, non adjicit; neq́; ego igitur judicium meũ præcipitabo. Interim vel placere debet *Vmm: diſp. proc. 13. in coroll.* vel placebit *Riemer. dec. 3. coroll. 2.*

In q. 12. poſſunt produci argumenta, quæ hunc tutorem confirmatum, oſtendant neq́; propriè eſſe teſtamẽtarium, neq́; propriè dativum; Quia verò tres tantùm ſunt tutelæ ſpecies, ad unam referendus erit. Referunt alii ad dativam, propter quod enim unumquodq́; tale eſt, illud &c: alii ad teſtamentariam, per *L. 3. in f. de conf. tut.* Placere poteſt diſtinctio Bachovii hic.

In q. 15. variæ variorum occurrunt Dd. phantaſiæ, ob difficilem *L. 9. C. de fideic. lib. juncta l. 10 §. 4. de teſtam. tut.* quicquid ſit palmam meritò obtinet hic *Conan. 2. comm. 4. n. 7. & 8.* nimirum quod in caſu utriusq́; Legis

ſideicomm: libertatem conſequatur, non ſolum ſervus alienus, ſed etiam proprius. Verum duo jam obſtāt: Unum quoad ſervum alienū, quod ipſe purè inutiliter teſtamento tutor detur. §. *1. I. qui teſtam. tut:* Alterū quoad ſervum proprium, quod ipſe purè tutor datus directā libertatem accipere videatur, *d.* §. *1. I. qui teſt. tut.*

In q. 30. inf. mirum mirius miriſſimum eſt, quod ſcribit mirandum non eſſe, Donellum recentiorum Imperii Conſtitutionum *PLANè* imperitum fuiſſe; Donellum inquam, doctorem ſuum, cujus non ſententiam modò, ſed ipſiſſima verba toties quoties ſequitur & tranſcribit, tali contumeliâ tractare? *Vide l. 2.* §. *43. de O. I.*

In q. 34. verſ. mihi dicendum videtur, tutorem ſibi ipſi regulariter ſolvere poſſe: Imò mihi contrarium dicendum videtur, Tutorem ſibi ipſi non niſi caſibus ſingularibus ſolvere poſſe, adeoq; regulariter neq; poſſe, neq; debere: quoniam regulariter creditor aut debitor tutor eſſe non poteſt, aut ſi ſit, Jus crediti amittit, per ipſum Hunnium hic *th. 4. lit. c.* ut ita quaſi ſibi contradicat.

In th. 7. lit. d. inf. dicit in A. B. ſpecialiter conſtitutum eſſe, ut Electorum liberi tutorem ſive curatorem habeant, non teſtamentarium, ſed legitimum: Atquin ſuptà *in q. 21.* hoc ſpeciale eſſe negavit, & adeò teſtamentarium tutorem admiſit.

B.

In th. 2. lit. c. verſ. quid ſi mater. dicit *Ant. Fab. 1. I. P. de tut. pr. 1. ill. 30.* de tutore à matre dando, planè mutum eſſe. Atquin ibi Faber diſputat, Matrem etiam nō inſtituto filio dare poſſe confirmandum tutorem, nam cum poſſit filius aliunde præterquàm ex inſtitutione habere bona materna, V. G. ex legatis in teſtamento ma-

tris

tris ; Horum utiq; bonorum intuitu Matrem filio tutorem rectè adſignare. *arg. l.4. de teſt. tut.* Et hanc ſententiam ipſe confirmare nititur ibidem, ſicuti videbis, adeoque Fabro *ad l. 4. C.de teſt. tut* : reſpondendum nihil erat.

In th.3. lit. c. ipſe perſpicuam contradictionem Tr: notavit: Verum quicquid verba præſeferāt, mens illius fuit diſtinguere inter impedimētum quod perpetuum, & quod temporaneum eſt ; quo caſu regulariter datur curator. *d. lit. c. & diſp. ſeq. th. 1. lit. c.*

In th. 4. lit. c. in f. dicit Judæis adminiſtrationem tutelæ committi debere. Cui opponi poſſunt ea quæ dixit ſuprà *in diſp.3.coroll.* quod Judæi pro uomicis Rerūpubl. Chriſtianorum haberi debeant, ſint reverà Chriſtianorum hoſtes, & omninò à quibus nulla cōmoda, nil niſi incōmoda Reſpubl. Chriſtiana ſibi poſſit polliceri, &c.

In th. 6. lit. e. non abſurda tamen videtur Tr: & Don: ſententia; Tutorem ab initio ad extremum perficiendo negocio intereſſe debere, perfectumq; poſtea approbare; Si enim teſtis durare debet usq; ad negocium confectum, magis tutor, qui non teſtis, ſed ut actor & dominus eſt.

In th. fin. lit. c. Illud addo: ut maximè Bachovio cōcedatur, curatoris appellatione ſæpius etiam in LL. tutorem dici; attamen & tutelam pro curâ poni reperimꝰ *in l.5. C. de curat. fur. l.3. C. arbitr. tut.* & verus puberis Curator, tutor vocatur in *l.34. §. 1. de minor.*

Diſp. 9. H.

In *q. 6.* in f. concludit contrà Tr: ob litem pòſt ſuſceptā tutelam ſupervenientem, etſi ſit de univerſo patrimonio, tutorē datū non tamen omninò removendum

N 2 eſſe;

Digitized by Google

eſſe; quæ ſententia reverà pupillo quàm periculoſa futura erit, namq; manebit altà mente repoſtũ Judiciũ &c.

In q. 24. ipſe diſſentit à Tr: diſſentit quoq; Bach. *hic p. 488.* quod juris regula ſit, non niſi ex dolo, &, quæ huic comparatur, latâ culpâ, in litem jurari. Vix autem de tutore excepto conſtare poſſit. Hunnius inſuper eſt tautologus, quod enim in *q. præced. 23. inf.* dixerat, idem *in q. hac ſeq.* repetit.

In q. 27. verſ. illud quæritur: dicit actionem tutelæ apud eundem judicem repetendam eſſe, & ſibi objicit. *l. 55. de re jud.* eamq; loqui de judice pedaneo, reſpondet. Atquin de illo ipſo judice dubitatur & quæritur, ſiquidem ordinarius extrà controverſiam adeundus eſt.

B.

In Coroll: inter ſe committuntur *l. 2. C. qui dare tut.* & §. *19. I. de excuſat. tut:* Et certè pugnant, maritũ dari non poſſe curatorem, & datum ſe poſſe excuſare. Reſponderi poteſt cum *Hillig. D. E. 3. c. 20. lit. B.* quòd idem reſpondit Bachovius.

Diſp: 10.

H.

In q. 2. ipſe teſtamentũ totâ ſuâ origine & formâ, Jcivilis eſſe contendit, verum illud quod Cives Romani condunt. Sed labitur iterum Hunnius, contrà quem ea videri & deduci poſſunt, quæ in ipſo miratur & diſputat *Bachov: vol. 3. p. 718. in f. & p. ſeq. 719.* Et certè cum ille in *arg. 1. & 7.* ſic diſputet, quod forma rei cuiq; det & originem & eſſe, ita ut antè formam res non ſit, quæ eſt, ejusmodi verò formam teſtamentum à Jcivili habere, aſſumat, omninò formam eſſentialem intelligit. Unde hoc, quòd falſiſſimum eſt, ſequetur, apud alias gentes nullum fuiſſe teſtamentum: quamvis & hoc, quod teſtamen-

ſtamentum, quod Romani condunt, formam & ſic eſſe atq; originem ex ſolo JRomano habeat, falſum ſit, argumento ipſius *Hunnii verſ. deinde quamvis*.

In q.5. dicit graviſſimum eſſe errorem Tr: quod codicillos teſtamentum imperfectum appellarit; Atquin credo ego, opinionem hanc, quod teſtamentum in genere etiam Codicillos comprehendat, defendere me poſſe. Eſt autem teſtamentum in genere, ultimæ voluntatis noſtræ Legibus conſentanea qualis qualis diſpoſitio. Hæc ultimæ voluntatis diſpoſitio perfecta, & reſpectivè Imperfecta dici poteſt.

In q.8. verſ. non adverſatur: ſic argumentari poteſt: Negato jure teſtandi, rectè infertur ad negatum Jus donandi mortis cauſa. *arg. l. ult. C. de donat. mort. cauſ.* Sed in adventitiis negatur filiisfam: Jus teſtandi. Ergò. Ita verò reſponderi poteſt; Sic rectè quidem inferri, ubi cauſa prohibitionis eſt à defectu judicii cœteroquin malè. Vide ipſum *vol. 3. diſp. 20. q. 61. verſ. huic autem ſententiæ*.

In q. 9. verſ. de illis vero adventitiis, quæ pleno jure ad filiumfam: pertinent, dicit dubitare non licere, quin ea quocunq; modo donare poſſit: Veruntamen in *vol. 3. diſp. 20. q. 61.* dicit de iis admodum dubitari. Simile occurrit apud Tribon: *in §. 2. ibi, & vix receptum eſſe videtur: I. de uſu & habit.* juncta *l. 4. §. 1. ibi, nec fuit dubitatum: ff. eod.* quòd obſervavit Hortens. *ad d. tit. Inſtit.*

In q.14. diſtingui poteſt inter liberam teſtamenti factionem, & ad certas perſonas reſtrictam. Et voluntas quæ reſtricta & limitata eſt, tamen teſtamentum eſt. *arg. l. 6. C. de inc. & inut. nupt. V. Bach. hic th. 2. lit. h.* ***B.***

In th. 3. lit. d. verſ. idq; rectè: & verſ. quin & ſi: In Tr: limi-

Digitized by Google

limitationes animadvertit, quibus ipſe, fateor, fermè ſuam priorē ſententiam deſtruxit: Interim illæ limitationes ab iis recipi poſſunt, qui corrumpi bonorū interdictionē ipſo jure, defendunt, per *l. 1. §. 1. de curat. fur.*

In th. 4. lit. f. verſ. idem in Codicillis: Ipſe quidem eò delabitur, ut generaliter exiſtimet, quoties Lex certum numerū teſtium deſiderat, maſculos intervenire oportere: Vix tamen adſentior, nam cum probatio ſit finis generalis omnium teſtium, vide *Bach. th. ſeq. 5. p. 543. pr.* adeò qui probare poſſunt, intervenire quoque poſſunt. Et utiq; dictum, quod in ore duorum &c. etiam ad fœminas pertinet. &c.

In th. 4. lit. i. inf. ad id, quod Monachi non debeant ſe immiſcere ſecularibus, reſpondet, teſtem non protinus ſe immiſcere dici. Atquin jam ſuprà *diſp. 5. th. 3. lit. g.* dixerat, quod teſtes pars rei V.G. teſtamentorum, effici neceſsè ſit.

In th. 6. lit. i. exponit benè *l. 8. C. de teſtam.* quam eodem modo expoſuit *Hillig. D. E. 6. comm. 9. lit. f.* Etſi verò *d. l. 8.* de teſtamento tempore peſtis facto, loqui non videatur; quia tamen generaliter de omni timore contagionis, quæ teſtes deterrere poteſt, loquitur, peſtis autem contagia homines maximè deterreant, adeò fortiter Tr: obſtat, ut in puncto JCivilis verius ſit, graſſante peſte etiam 7. teſtes requiri.

In th. 7. lit. b. verſ. ſi teſtator: concludit in f. ſive teſtator dixerit, ſe nolle prius teſtamentum valere; ſive, ſe velle inteſtatum decedere, neutrum ex his ſufficere ad teſtamentum revocandum, quod quidem ego ſequor; ſi tamen teſtator hæc ſimul expreſsè dixiſſet, teſtamentū infirmari defenderē. *arg. l. 1. §. 7. in f. de ædil. ed:* Et quamvis

vis qui teſtamẽtũ revocat, tacitè quoq; ſe velle inteſtatum decedere, declaret, attamen expreſſi vis major eſt.

Diſp. 11. H.

In q. 30. verſ. quod ſi duo: ibi, dictum eſt denuò: lege, de uno.

In q. 3. dicit in N. 115. firmiſſimum fundamentum contrà Tr: exſtare; firmiſſimum ſcilicet, ſi præmiſſa quæſtio. 2. vera eſt, ex qua hujus dependet deciſio. Mihi verò placet Tr: ſententia, quod ius regulare ſit, ut ex teſtamento paterno, ob præteritionem nullo, nihil debeatur: & ergò multò minùs hoc caſu. &c.

In q. 7. affirmat ſine cauſa nec olim potuiſſe liberos exheredari. Quod omninò falſum eſt, ſiquidem quam multi textus oſtendunt, olim ita obtinuiſſe, ut exheredato etiã optimo filio teſtamentũ valeret, ſalva querelã. *pr. I. de inoff. teſt.* Et ipſe Hunnius concedit, poſthumos olim ſalvo teſtamento exheredari potuiſſe, & adeò ſine cauſa.

In q. 23. arg. 2. & 5, dicit filium ſub conditione caſuali inſtitutum pro præterito haberi; & paria eſſe, aliquem eſſe præteritum, & aliquem ſub tali conditione inſtitutum eſſe. Dixit autem ſuprà *q. 2. & 3.* jure novo filio à patre præterito teſtamentũ eſſe nullum, tantum quoad inſtitutionem, non etiam quoad cœtera in eo relicta. Atquin jam hic defendit, filio taliter inſtituto, & ſic quaſi præterito, teſtamentum in totum nullum eſſe. Et ergò ſibi contradicit.

In q. 38. verba l. 40. de hered. inſtit. multùm negocii omnibꝰ interpretib: Juris exhibuerunt; & 1. quidẽ aliter ea explicarunt *Lyklã. 5. mẽbr. 15.* quem ſequitur *Hillig. D. E. 6. c. 24. lit. e. 2.* Alciatꝰ *1. diſp. 2.* quem ſequuntur *Dõ. d. lo. Duaren. de vulg. ſubſtit. c. 10. 3. Cujac. 1. O. 21,* quem

quem ſequuntur *Vultej: Matth.* §. *f. I. de vulg. ſubſt.* 4. *Vigliùs d.* § *fin. n.* 6. 5. *Conan: 10. comm. 7. n. 5.* 6. *Hortenſ. add.* §. *fin.* ego ita, & veriorem judico illam opinionem, quæ ſemiſſes duos fieri vult, ita ut alter ſemis inter eum qui dominus inſtituti heredis fuerit, & ſubſtitutũ, æquis portionibꝰ dividatur, alter verò totus domino applicetur, quã quoq; ſequitur *Bach. hic. p. 624. inf.*

In q. 42. ipſe Tr: ſequitur, contrà quem diſputat *Bach. hic. p. 635. inf.* ſed cum Bachov: dicat, ſententiam Tr: affirmantem, quod ſubſtitutus admittatur, eſſe communiorem & receptam, & quaſi pro certâ traditam; inde quidam ex meis Collegis Bachovio ſua verba, quæ contrà Fabrum adduxit in hoc *vol. 2. p. 69. inf.* quod præſtaret ab omnibus recepta, æquitate & ratione ſubnixa, defendere, quam aliquot ratiunculis, neſcio qua ſuperſtitioſa religione juris noſtri importunè convellere tentare. &c. oppoſuit: Cui tum reſpondi, non ratiunculis, ſed textibus, negativam ab ipſo probari. &c.

In q. 49. memor eſt ſui erroris, quod jure novo ob præteritionem patris reſcindatur ſola inſtitutio, cœtera verò firma maneant; ſed præterquàm id falſum eſt, etiam hoc reſpondebo, ea tantum iſto caſu firma manere, quæ ſine inſtitutione, valere poſſunt: Jam verò ſub inſtitutione, quæ irritatur, etiam ſubſtitutio continetur. V. *Bachov. hic. p. 653. in m.*

In q. 54. in arg. 1. ſibi objicit, quod parentibus debeatur legitima de Jnaturali; ad quod reſpondet per inficiationem, non de Jnaturali, ſed tantum Jpoſitivo eam deberi. Ego jam Hunnio objicio, quod dixit *vol. 1. diſp. 13. q. 27. & 29.* & recoxit *vol. 2. diſp. 16. th. 5. lit. a.* ſcilicet ſe ſatis luculenter demonſtraſſe legitimam Jnaturæ paren-

rentibus deberi. &c. Et ergo, ſicuti ibi concludit, neq; in totum auferri poſſe, quod tamen fieri hic permittit. **B.**

In th. 1. lit. e. variationem ſeu magis cõtrarietatem in Tr: notat; Ego ſic, & ferè cũ Bachovio, exiſtimo, differentiã ſuorum & emancipatorum, quoad ſucceſſionem quidẽ ab inteſtato, & tamen tãtum 2dum quid, eſſe ſublatã, ſcilicet ut emancipati cum ſuis jam cõcurrant, ſed nõ jure ſuorũ: quoad ſucceſſionem verò ex teſtamẽto, non eſſe; & per conſequens, emãcipatos ſalvo teſtamẽto à patre præteriri poſſe. *Diſſ. Hunnius hic. q. 5.* & *diſp. 16. in ſuo ordine, q. 7.*

In th. 4. lit. b. dicit Tr: injuriam facere Donello, quaſi hic diſtinguat &c. ſed parũ abeſt, quin ipſum Treutlero injuriam feciſſe dicam. Nã cum Tr: verba ambigua ſint, ea potiꝰ accipiẽda erat ſignificatio, quæ vicio careret, præſertim cum etiam voluntas Tr: ex allegato Dõ. perſpicuè & expeditiſſimè à quocunq; colligi poſſit. *L. 19. de LL.* quare rectius Hunnius *hic q. 30.*

In d. th. 4. lit. c, d, e, benè & diſtinctè tractat de diviſione hereditatis à teſtatore factâ, ejusque interpretatione; de qua plura petere licet ex *Vultej. ad d. §. 5. n. 4. & ſeqq. I. de hered. inſtit.*

In th. 7. lit. g. verſ. præterquã: quoad trãsmiſſarios Juſtinianeos rectè diſcedit à Tr: cui & ego fortiter oppono. Vult Juſtin. *in L. un. §. 13. C. de caduc. toll.* quod extrà perſonas illas (in quibꝰ hereditas nõ adita trãsmittitur) ſem per ſubſtitutꝰ admittatur, quãdo hereditas ab inſtituto per aditionẽ nõ eſt adquiſita. adſumo: Transmittens jus deliberãdi, nõ trãsmittit hereditatẽ nõ aditã. cõcludo. Ergò trãsmiſſario juris deliberãdi prefertur ſubſtitutus.

In th. 9. lit. b. c. in f. negat hanc propoſitionẽ. Quo quicunq; JCivili tutus eſt, etiam in foro poli & cõſcientiæ

O ſit

In th. 3. lit. g. dicit ibi veriſſimam eſſe ſententiam cõtrà Tr: &c. cui tamen ſe oppoſuit *Hunn. q. 21. & q. 33.* ego verò veriſſimæ ſententiæ non facilè me oppoſuerim: Et dicit *Bachov. p. 330. pr.* hodiè hac quæſtione nihil opus videri, *arg. L. un. C. de rei ux. act.* negat tamen etiam illud Hunnius *dd. qq. inf.* Sed utiq; hic Hunnio repugnant expreſsè verba *d. L. un. §. 1. ibi: ſive ex parte mariti, ſive Mulieris, &c.*

In th. 4. lit. f. durum eſt quod dicit Tr: non intellexiſſe *L. 6. §. 2. de Jdot.* durius quod dicit *vol. 3. p. 104. pr.* ipſum non intellexiſſe quid quæreret: ſed hoc duriſſimum, quod dicit *eod. vol. 3. p. 487. in m.* neq; Cujaciũ *L. 5. de Confeſſ.* intellexiſſe. Quin etiam nec ipſum Pontificem intellexiſſe ſatis quos caſus proponeret. *vol. 3. p.* 529. qui tamen de ſe gloriatur, quod omnia jura in ſcrinio pectoris habeat.

In th. 6. lit. b. dicit nullo colore defendi poſſe, quod Tr: voluerit in dubio dotem æſtimatam præſumi traditam; cum tentari tamen poſſit, præſumtionem hanc favore Mulierum & dotium, adeoq; ipſiꝰ Reipubl. *arg. l. 2. de Jdot.* retinendam eſſe.

In th. 9. lit. b. verſ. quod in rebus: in fine benè monet Tr: potius Donelli, quem tamẽ prodiſſent: citat, quàm Ant. Fabri, quem pro ſe allegat, opinionem amplecti: Sed lector, elige cui dicas tu mihi ſola places: nos enim utrumq;, exercendo te, ſuſtinere parati ſumus.

In th. 9. lit. d. dubitat de aſſertione Tr: quæ interim ex *N. 61. §. 3. ibi, & multò potiꝰ hæc in dote valebunt:* hoc argumento confirmari poteſt. Quod valet in donatione propter nuptias, hoc multò magis in dote valere oportet. Atqui illius alienatio iterato uxoris conſenſu con-

Digitized by Google

confirmatur. Quare & hujus: tametſi Bachov. non recte inferri reſpondeat.

--- *Diſp. 8. H.*

In q. 12. verſ. confirmat deniq́, ibi, à patre ritè datum, adde, non. *In q. 19. verſ. veriſſima mihi*: ibi verba: tutorem, curatorem, transpoſita ſunt.

I*n th. 1. lit. f. in f.* dicit poſſe fortaſſis tutelam etiam dividi in regularem & irregularem: ſed fortaſſis Hunnius errat, quoniam irregularis tutelæ ſpecies nulla reperiri poteſt: & tutela materna expreſsè vocatur legitima in *L. 6. C. ad SC. Tertull.*

In q. 11. quatenus mater liberis ſuis tutorem dare poſſit, difficilis eſt *L. 4. C. de teſt. tut.* Hunnius cum Cujacio negationem expungit, quod præterquàm violentum eſt, nodum inſuper qui nectitur ex *d. L. 4.* expedire non videtur. V. Bach. *hic. p. 406. in m.* qui tamen ipſe quid reſpondendum ſit, non adjicit; neq́; ego igitur judicium meũ præcipitabo. Interim vel placere debet *Vmm: diſp. proc. 13. in coroll.* vel placebit *Riemer. dec. 3. coroll. 2.*

In q. 12. poſſunt produci argumenta, quæ hunc tutorem confirmatum, oſtendant neq́; propriè eſſe teſtamẽtarium, neq́; propriè dativum; Quia verò tres tantùm ſunt tutelæ ſpecies, ad unam referendus erit. Referunt alii ad dativam, propter quod enim unumquodq́; tale eſt, illud &c. alii ad teſtamentariam, per *L. 3. in f. de conf. tut.* Placere poteſt diſtinctio Bachovii hic.

In q. 15. variæ variorum occurrunt Dd. phantaſiæ, ob difficilem *L. 9. C. de fideic. lib. juncta l. 10* §. *4. de teſtam. tut.* quicquid ſit palmam meritò obtinet hic *Conan. 2. comm. 4. n. 7. & 8.* nimirum quod in caſu utriusq́; Legis

 fidei-

ſidcicomm: libertatem conſequatur, non ſolum ſervus alienus, ſed etiam proprius. Verum duo jam obſtāt: Unum quoad ſervum alienū, quod ipſe purè inutiliter teſtamento tutor detur. §. *1. I. qui teſtam. tut:* Alterū quoad ſervum proprium, quod ipſe purè tutor datus directā libertatem accipere videatur, *d.* §. *1. I. qui teſt. tut.*

In q. 30. inf. mirum mirius miriſſimum eſt, quod ſcribit mirandum non eſſe, Donellum recentiorum Imperii Conſtitutionum *PLANè* imperitum fuiſſe; Donellum inquam, doctorem ſuum, cujus non ſententiam modò, ſed ipſiſſima verba toties quoties ſequitur & tranſcribit, tali contumeliâ tractare? *Vide l. 2. §. 43. de O. I.*

In q. 34. verſ. mihi dicendum videtur, tutorem ſibi ipſi regulariter ſolvere poſſe: Imò mihi contrarium dicendum videtur, Tutorem ſibi ipſi non niſi caſibus ſingularibus ſolvere poſſe, adeoq; regulariter neq; poſſe, neq; debere: quoniam regulariter creditor aut debitor tutor eſſe non poteſt, aut ſi ſit, Jus crediti amittit, per ipſum Hunnium hic *th. 4. lit. c.* ut ita quaſi ſibi contradicat.

In th. 7. lit. d. inf. dicit in A. B. ſpecialiter conſtitutum eſſe, ut Electorum liberi tutorem ſive curatorem habeant, non teſtamentarium, ſed legitimum: Atquin ſuptà *in q. 21.* hoc ſpeciale eſſe negavit, & adeò teſtamentarium tutorem admiſit.

B.

In th. 2. lit. c. verſ. quid ſi mater. dicit *Ant. Fab. 1. I. P. de tut. pr. 1. ill. 30.* de tutore à matre dando, planè mutum eſſe. Atquin ibi Faber diſputat, Matrem etiam nō inſtituto filio dare poſſe confirmandum tutorem, nam cum poſſit filius aliunde præterquàm ex inſtitutione habere bona materna, V. G. ex legatis in teſtamento ma-

tris

tris; Horum utiq; bonorum intuitu Matrem filio tutorem rectè adſignare. *arg. l.4. de teſt. tut.* Et hanc ſententiam ipſe confirmare nititur ibidem, ſicuti videbis, adeoque Fabro *ad l. 4. C. de teſt. tut*: reſpondendum nihil erat.

In th.3. lit. c. ipſe perſpicuam contradictionem Tr: notavit: Verum quicquid verba præſeferāt, mens illius fuit diſtinguere inter impedimētum quod perpetuum, & quod temporaneum eſt; quo caſu regulariter datur curator. *d. lit. c. & diſp. ſeq. th. 1. lit. c.*

In th. 4. lit. c. in f. dicit Judæis adminiſtrationem tutelæ committi debere. Cui opponi poſſunt ea quæ dixit ſuprà *in diſp.3. coroll.* quod Judæi pro uomicis Rerūpubl. Chriſtianorum haberi debeant, ſint reverà Chriſtianorum hoſtes, & omninò à quibus nulla cōmoda, nil niſi incōmoda Reſpubl. Chriſtiana ſibi poſſit polliceri, &c.

In th. 6. lit. e. non abſurda tamen videtur Tr: & Don: ſententia; Tutorem ab initio ad extremum perficiendo negocio intereſſe debere, perfectumq; poſtea approbare; Si enim teſtis durare debet usq; ad negocium confectum, magis tutor, qui non teſtis, ſed ut actor & dominus eſt.

In th. fin. lit. c. Illud addo: ut maximè Bachovio cōcedatur, curatoris appellatione ſæpius etiam in LL. tutorem dici; attamen & tutelam pro curâ poni reperimꝰ *in l. 5. C. de curat. fur. l. 3. C. arbitr. tut.* & verus puberis Curator, tutor vocatur in *l. 34. §. 1. de minor.*

Diſp. 9. H.

In *q. 6.* in f. concludit contrà Tr: ob litem pòſt ſuſceptā tutelam ſupervenientem, etſi ſit de univerſo patrimonio, tutorē datū non tamen omninò removendum

 eſſe;

eſſe; quæ ſententia reverà pupillo quàm periculoſa futura erit, namq; manebit altâ mente repoſtū Judiciū &c.

In q. 24. ipſe diſſentit à Tr: diſſentit quoq; Bach. *hic p. 488.* quod juris regula ſit, non niſi ex dolo, &, quæ huic comparatur, latâ culpâ, in litem jurari. Vix autem de tutore excepto conſtare poſſit. Hunnius inſuper eſt tautologus, quod enim in *q. praced. 23. inf.* dixerat, idem *in q. hac ſeq.* repetit.

In q. 27. verſ. illud quaritur: dicit actionem tutelæ apud eundem judicem repetendam eſſe, & ſibi objicit. *l. 55. de re jud.* eamq; loqui de judice pedaneo, reſpondet. Atquin de illo ipſo judice dubitatur & quæritur, ſiquidem ordinarius extrà controverſiam adeundus eſt.

B.

In Coroll: inter ſe committuntur *l. 2. C. qui dare tut.* & §. *19. I. de excuſat. tut:* Et certè pugnant, maritū dari non poſſe curatorem, & datum ſe poſſe excuſare. Reſponderi poteſt cum *Hillig. D. E. 3. c. 20. lit. B.* quòd idem reſpondit Bachovius.

Diſp: 10.

H.

In q. 2. ipſe teſtamentū totâ ſuâ origine & formâ, Jcivilis eſſe contendit, verum illud quod Cives Romani condunt. Sed labitur iterum Hunnius, contrà quem ea videri & deduci poſſunt, quæ in ipſo miratur & diſputat *Bachov: vol. 3. p. 718. in f. & p. ſeq. 719.* Et certè cum ille in *arg. 1. & 7.* ſic diſputet, quod forma rei cuiq; det & originem & eſſe, ita ut antè formam res non ſit, quæ eſt, ejusmodi verò formam teſtamentum à Jcivili habere, aſſumat, omninò formam eſſentialem intelligit. Unde hoc, quòd falſiſſimum eſt, ſequetur, apud alias gentes nullum fuiſſe teſtamentum: quamvis & hoc, quod teſtamen-

Digitized by Google

ſtamentum, quod Romani condunt, formam & ſic eſſe atq; originem ex ſolo JRomano habeat, falſum ſit, argumento ipſius *Hunnii verſ. deinde quamvis.*

In q. 5. dicit graviſſimum eſſe errorem Tr: quod codicillos teſtamentum imperfectum appellarit; Atquin credo ego, opinionem hanc, quod teſtamentum in genere etiam Codicillos comprehendat, defendere me poſſe. Eſt autem teſtamentum in genere, ultimæ voluntatis noſtræ Legibus conſentanea qualis qualis diſpoſitio. Hæc ultimæ voluntatis diſpoſitio perfecta, & reſpectivè Imperfecta dici poteſt.

In q. 8. verſ. non adverſatur: ſic argumentari poteſt: Negato jure teſtandi, rectè infertur ad negatum Jus donandi mortis cauſa. *arg. l. ult. C. de donat. mort. cauſ.* Sed in adventitiis negatur filiisfam: Jus teſtandi. Ergò. Ita verò reſponderi poteſt; Sic rectè quidem inferri, ubi cauſa prohibitionis eſt à defectu judicii cœteroquin malè. Vide ipſum *vol. 3. diſp. 20. q. 61. verſ. huic autem ſententiæ.*

In q. 9. verſ. de illis vero adventitiis, quæ pleno jure ad filiumfam: pertinent, dicit dubitare non licere, quin ea quocunq; modo donare poſſit: Veruntamen in *vol. 3. diſp. 20. q. 61.* dicit de iis admodum dubitari. Simile occurrit apud Tribon: *in §. 2. ibi, & vix receptum eſſe videtur: l. de uſu & habit.* juncta *l. 4. §. 1. ibi, nec fuit dubitatum: ff. eod.* quòd obſervavit Hortens. *ad d. tit. Inſtit.*

In q. 14. diſtingui poteſt inter liberam teſtamenti factionem, & ad certas perſonas reſtrictam. Et voluntas quæ reſtricta & limitata eſt, tamen teſtamentum eſt. *arg. l. 6. C. de inc. & inut. nupt. V. Bach. hic. th. 2. lit. h.*

B.

In th. 3. lit. d. verſ. idq; rectè: & verſ. quin & ſi: In Tr: limi-

Digitized by Google

limitationes animadvertit, quibus ipſe, fateor, fermè ſuam priorē ſententiam deſtruxit: Interim illæ limitationes ab iis recipi poſſunt, qui corrumpi bonorū interdictionē ipſo jure, defendunt, per *l. 1. §. 1. de curat. fur.*

In th. 4. lit. f. verſ. idem in Codicillis: Ipſe quidem eò delabitur, ut generaliter exiſtimet, quoties Lex certum numerū teſtium deſiderat, maſculos intervenire oportere: Vix tamen adſentior, nam cum probatio ſit finis generalis omnium teſtium, vide *Bacb. th. ſeq. 5. p. 543. pr.* adeò qui probare poſſunt, intervenire quoque poſſunt. Et utiq; dictum, quod in ore duorum &c. etiam ad fœminas pertinet, &c.

In th. 4. lit. i. inf. ad id, quod Monachi non debeant ſe immiſcere ſecularibus, reſpondet, teſtem non protinus ſe immiſcere dici. Atquin jam ſuprà *diſp. 5. th. 3. lit. g.* dixerat, quod teſtes pars rei V.G. teſtamentorum, efficinecesſè ſit.

In th. 6. lit. i. exponit benè *l. 8. C. de teſtam.* quam eodem modo expoſuit *Hillig. D. E. 6. comm. 9. lit. f.* Etſi verò *d. l. 8.* de teſtamento tempore peſtis facto, loqui non videatur; quia tamen generaliter de omni timore contagionis, quæ teſtes deterrere poteſt, loquitur, peſtis autem contagia homines maximè deterreant, adeò fortiter Tr: obſtat, ut in puncto JCivilis verius ſit, graſſante peſte etiam 7. teſtes requiri.

In th. 7. lit. b. verſ. ſi teſtator: concludit in f. ſive teſtator dixerit, ſe nolle prius teſtamentum valere; ſive, ſe velle inteſtatum decedere, neutrum ex his ſufficere ad teſtamentum revocandum, quod quidem ego ſequor; ſi tamen teſtator hæc ſimul expresſè dixiſſet, teſtamentū infirmari defenderē. *arg. l. 1. §. 7. inf. de adil. ed:* Et quamvis

vis qui teſtamẽtũ revocat, tacitè quoq; ſe velle inteſtatum decedere, declaret, attamen expreſſi vis major eſt.

In q. 30. verſ. quod ſi duo: ibi, dictum eſt denuò: lege, de uno. *Diſp. 11. H.*

In q. 3. dicit in N. 115. firmiſſimum fundamentum contrà Tr: exſtare; firmiſſimum ſcilicet, ſi præmiſſa quæſtio. 2. vera eſt, ex qua hujus dependet deciſio. Mihi verò placet Tr: ſententia, quod ius regulare ſit, ut ex teſtamento paterno, ob præteritionem nullo, nihil debeatur: & ergò multò minùs hoc caſu. &c.

In q. 7. affirmat ſine cauſa nec olim potuiſſe liberos exheredàri. Quod omninò falſum eſt, ſiquidem quam multi textus oſtendunt, olim ita obtinuiſſe, ut exheredato etiã optimo filio teſtamentũ valeret, ſalva querelà. *pr. I. de inoff. teſt.* Et ipſe Hunnius concedit, poſthumos olim ſalvo teſtamento exheredari potuiſſe, & adeò ſine cauſa.

In q. 23. arg. 2. & 5. dicit filium ſub conditione caſuali inſtitutum pro præterito habèri; & paria eſſe, aliquem eſſe præteritum, & aliquem ſub tali conditione inſtitutum eſſe. Dixit autem ſuprà *q. 2. & 3.* jure novo filio à patre præterito teſtamentũ eſſe nullum, tantum quoad inſtitutionem, non etiam quoad cœtera in eo relicta. Atquin jam hic defendit, filio taliter inſtituto, & ſic quaſi præterito, teſtamentum in totum nullum eſſe. Et ergò ſibi contradicit.

In q. 38. verba l. 40. de hered. inſtit. multum negocii omnibꝰ interpretib: Juris exhibuerunt; & 1. quidẽ aliter ea explicarunt *Lyklã. 5. mẽbr. 15.* quem ſequitur *Hillig. D.E.6.c.24. lit.e.2.* Alciatꝰ *1. diſp. 2.* quem ſequuntur *Dũ. d. lo. Duaren. de vulg. ſubſtit. c. 10. 3. Cujac. 1. O. 21.* quem

quem ſequuntur *Vultej: Matth.* §. *f. I. de vulg. ſubſt.* 4. *Vigliùs d.* § *fin. n. 6.* 5. *Conan: 10. comm. 7. n. 5.* 6. *Hortenſ. ad d.* §. *fin.* ego ita, & veriorem judico illam opinionem, quæ ſemiſſes duos fieri vult, ita ut alter ſemis inter eum qui dominus inſtituti heredis fuerit, & ſubſtitutū, æquis portionibꝰ dividatur, alter verò totus domino applicetur, quā quoq; ſequitur *Bach. hic. p. 624. inf.*

In q. 42. ipſe Tr: ſequitur, contrà quem diſputat *Bach. hic. p. 635. inf.* ſed cum Bachov: dicat, ſententiam Tr: affirmantem, quod ſubſtitutus admittatur, eſſe communiorem & receptam, & quaſi pro certâ traditam; inde quidam ex meis Collegis Bachovio ſua verba, quæ con. trà Fabrum adduxit in hoc *vol. 2. p. 69. inf.* quod præſtaret ab omnibus recepta, æquitate & ratione ſubnixa, defendere, quam aliquot ratiunculis, neſcio qua ſuperſtitioſa religione juris noſtri importunè convellere tentare. &c. oppoſuit: Cui tum reſpondi, non ratiunculis, ſed textibus, negativam ab ipſo probari. &c.

In q. 49. memor eſt ſui erroris, quod jure novo ob præteritionem patris reſcindatur ſola inſtitutio, cœtera verò firma maneant; ſed præterquàm id falſum eſt, etiam hoc reſpondebo, ea tantum iſto caſu firma manere, quæ ſine inſtitutione, valere poſſunt: Jam verò ſub inſtitutione, quæ irritatur, etiam ſubſtitutio continetur. V. *Bachov. hic. p. 653. in m.*

In q. 54. in arg. 1. ſibi objicit, quod parentibus debeatur legitima de Jnaturali; ad quod reſpondet per inficiationem, non de Jnaturali, ſed tantum Jpoſitivo eam deberi. Ego jam Hunnio objicio, quod dixit *vol. 1. diſp. 13. q. 27. & 29.* & recoxit *vol. 2. diſp. 16. th. 5. lit. 4.* ſcilicet ſe ſatis luculenter demonſtraſſe legitimam Jnaturæ paren-

rentibus deberi. &c. Et ergo, ſicuti ibi concludit, neq; in totum auferri poſſe, quod tamen fieri hic permittit. B.

In th. 1. lit. e. variationem ſeu magis cõtrarietatem in Tr: notat; Ego ſic, & ferè cũ Bachovio, exiſtimo, differentiã ſuorum & emancipatorum, quoad ſucceſſionem quidẽ ab inteſtato, & tamen tãtum 2dum quid, eſſe ſublatã, ſcilicet ut emancipati cum ſuis jam cõcurrant, ſed nõ jure ſuorũ: quoad ſucceſſionem verò ex teſtamẽto, non eſſe; & per conſequens, emãcipatos ſalvo teſtamẽto à patre præteriri poſſe. *Diſſ. Hunnius hic. q. 5.* & *diſp. 16. in ſuo ordine, q. 7.*

In th. 4. lit. b. dicit Tr: injuriam facere Donello, quaſi hic diſtinguat &c. ſed parũ abeſt, quin ipſum Treutlero injuriam feciſſe dicam. Nã cum Tr: verba ambigua ſint, ea potiꝰ accipiẽda erat ſignificatio, quæ vicio careret, præſertim cum etiam voluntas Tr: ex allegato Dõ. perſpicuè & expeditiſſimè à quocunq; colligi poſſit. *L. 19. de LL.* quare rectius Hunnius *hic q. 30.*

In d. th. 4. lit. c, d, e, benè & diſtinctè tractat de diviſione hereditatis à teſtatore factâ, ejusque interpretatione; de qua plura petere licet ex *Vultej. ad d. §. 5. n. 4. & ſeqq. I. de hered. inſtit.*

In th. 7. lit. g. verſ. præterquã: quoad trãsmiſſarios Juſtinianeos rectè diſcedit à Tr: cui & ego fortiter oppono. Vult Juſtin. *in L. un. §. 13. C. de caduc. toll.* quòd extrà perſonas illas (in quibꝰ hereditas nõ adita trãsmittitur) ſem per ſubſtitutꝰ admittatur, quãdo hereditas ab inſtituto per aditionẽ nõ eſt adquiſita. adſumo: Transmittens jus deliberãdi, nõ trãsmittit hereditatẽ nõ aditã. cõcludo. Ergò trãsmiſſario juris deliberãdi prẹfertur ſubſtitutus.

In th 9. lit. b. c. inf. negat hanc propoſitionẽ. Quo quicunq; J Civili tutus eſt, etiam in foro poli & cõſcientiæ

ſit ſecurus; quam tamen ego affirmaverim: vel quia aliàs ſequeretur, eum qui Legibus & conſtitutionib9 innititur, peccare; vel quia ſentẽtia judicis, adjudicãtis hoc caſu hereditatẽ ſubſtituto, etiam in foro interiori valida eſt, & ad paredum obligat. *Roman. 13. verſ. 2. 3.*

In tb. 10. lit. e. dicit ſe iniquitatẽ *l. 9. C. de imp. ſubſtit.* videre, neq; tamen habere quo eam tollat; Laudo magis audaciam Hunnii *hic. q. 59.* qui huic Legi, etſi limitationem non habeat, neceſſariò tamen addendam eſſe, dixit; quã ſuadet æquitas & ratio, quæ Legis anima perhibetur, & ſine qua nulla lex eſt. Fecit idẽ in ſimili *Bach. vol. 1. diſp. 21. tb. 8. lit. b. ferè in f.* ibi, explicanda autem quicquid etiam ejus author ſenſerit, ita eſt, &c.

Diſp. 12. **H.**

In q. 20. pr. ibi Cujacium, lege, Duarenum; ſiquidẽ ea Cujacii ſententia non eſt, 1. O. 34. ita quoq; corrigere debes in *vol. 1. p. 1714: col. 1. & in reſ. Inſtit. p. 599. col. 2.* quibus in locis hãc quæſtionem iisdem verbis reponit. *In q. 29. verſ. ſed tamen contraria:* ibi hereditarios non teneri; dele, non.

In *tb. 1. lit. a.* dicit ad grammaticos, quos injuriâ pediculoſos vocat, nominis inveſtigationes pertinere, unde ipſe judicium ſuum interponere noluit; Imò quoq; ad JCtos pertinere, oſtendet tibi *Forſter. 2. obſ. 1. Sc. gẽt. t. tr. de origin:* Et oportere prius vocis ipſius uſum cognoſcere, quo ſæpenumero provehamur in rei perceptionem, inquit *Scalig. de ſubtil. exer. 1. ſect. 1.* & ferè JCtus *in l. 1. de I. & I.* Equidem etiam *Bernh. walther. 2. miſc. 31.* heredis derivationem Grammaticis, quos tamen literatos vocat, relinquit.

In q. 7. ipſe allegat Hilligerũ, qui quidẽ cũ Tr: & Cujacio affirmat, ſuum heredem patri quoq; agnatum eſſe; ſed addit, inſcitè tamen indè à Tr. & Cujac. colligi, ſui-

Digitized by Google

tatē eſſe ſpeciē agnationis; hoc ſiquidem multis modis fallere. Quod Hilligeri additamētū ferè ineptū videtur.

In q. 13. cõfundit quæſtiones; quærere n. an poſſit quis retentâ ſolâ legitimâ hæreditatē, forſitàn oneroſam repudiare? nõ eodē recidit, ſi quæratur, an qui renunciaverit hereditati paternæ, poſſit nihilominꝰ petere legitimā? Quare ipſe rectiꝰ *vol.1.diſp.13.q.36.& 38.* easdē ſeparavit. Pro ipſo tamē tentari poſſet, utrumq; licere; & poteſt prius manifeſtò oſtendi ex diſpoſitione *Nov. 1.*

In th.4. in f. cõcludit, exheredatū filium in Feudū ſuccedere poſſe, ex ea ratione, quod nulla ordinatio defuncti in Feudis valere debeat; fallere tamen hoc putat in feudo hereditario. Atquin iſthæc ratio in hoc Feudo etjam militat, & propter eā Feudiſtæ diſtinctionem inter Feudū hereditariū, & ex pacto & providentia, ſcrupulo nõ carere autumant. Vide *Bocer. de Jſucc.in feud. q.11.*

In q. 28. jejunus eſt Hunnius, graviora ſiquidē à diſſentientibus objiciuntur, quæ videbis apud *Peregrinum de fideicom. art. 3. n. 74. ad fin. Hillig. D. E. 7. c. 29. lit. e. ubi plures Dd. allegantur*, quibus addo *Porcellin. de invent. c. 6.* ubi eam latiſſimè tractat. Nihilominus tamen affirmativā ſentētiā hic ab Hunnio defensā ſequor & probo.

In th. 1. lit. a. verſ. etiamſi ſit: plenius diſtinguit de jure heredis in re certa inſtituti; ſed quod præmittit, Treutlerū exiſtimaſſe, quod inſtitutus in re certa, etſi coheredem habeat, tamen heres ſit, vix crediderim. arg. *diſp. prac. th. 4. lit. b.* placet optimè *Donell. 6. comm. 18.* 8.

In th. 3. lit. b. pr. contradictionem Tr. imputat; quæ eadē Hunnio hic imputari poſſet, ſiquidem etiā ipſe negavit *diſp. prac. q. 41.* voluntarium fieri qui accepit ſubſtitutum. Sed videtur pro utroque reſponderi poſſe;

Digitized by Google

his quidem inſtitutionis verbis, ſi volet, voluntariũ fieri, *d. th. 3. lit. b.* non à per ſubſtitutionem vulgarem, ſi heres non erit. *d. diſp. prac. q. 41.* Quæ Ant. Fabri eſt diſtinctio, & ab Hũnio *d. q. 41.* approbata, ſatis tamen à Bach. hic. & *diſp. prac. th. 7. lit. d. e. inf.* refutata.

In th. 8. lit. e. pr. dicit ratione & omni auctoritate Tr: ſententiam deſtitui; Atquin Tr: verba allegatorum textuum ſecutus & deceptꝰ fuit; qui hoc loco ad ſuam propoſitionem in *vol. 1. diſp. 5. th. 7. lit. b.* reſpicere debebat. Neq; obſtat, quod numerus pluralis non verificetur in uno. *arg. l. 148. & ſeq. de V. S.*

In d. th. 8. lit. f. inf. ipſe benè Tr: ſequitur, tametſi vulgò putent heredẽ cõvictũ quid ſubripuiſſe aut amoviſſe, celaſſeve, inventarii beneficio privandũ, ut teneatur in ſolidum, qui ex *d. l. un.* §. *10. C. de Idelib.* abundè refelluntur, quod ibi alia pœna ſtatuta, nimirum dupli præſtatio. Vide *Ant. Fabr. 2. err. pragm. 5.*

Diſp. 13. H.

In q. 12. verba: affirmativa, negativa; trãſpoſita ſunt.

I*n q. 2.* improbat ſententiã Alex. Turamini *de exequat. legat. c. 7.* quæ mihi nec à vero, nec à verbis *l. 2. C. cõm. de legat.* diſſona videtur, atq; hæc eſt. Scilicet legatum & fideicommiſſum quoad effectum per omnia eſſe exæquata, non tamen utriusq; naturam confuſam, arg. inſcriptionis d. tit. Quomodo ipſe Hunnius *vol. 3. diſp. 20. in ejus ordine, q. 59. pr.* exæquationem legatorum & donationum mortis cauſa, limitat.

In q. 7. & 8. in hac eſt ſententia, quod in conjunctione reali, & quoq; mixta, non jus accreſcendi, ſed decreſcẽdi ſit; ſed hic prius explicandum erat, an conjuncti ab initio ſolidum habeant, an partes, *arg. l. 3. pr. de uſufr. accr.* ego magis cũ Bach. *hic. p. 779. & p. 1144.* ſtatuo, & jus non decreſcendi dari pernego. *In*

Digitized by Google

In d. q. 7. dicit ſuam ſententiam apertiſſimâ conſtitutione Juſtin: in *l. un. §. 11. C. de cad. toll.* probari; ad quam Bachov: quidem *p. 766. in f.* reſpondet, Juſtinianum ſive Tribon: non ſatis bonum eſſe aut latinitatis aut juris Magiſtrum: ſed hoc quia nimis durũ, negabo hanc conſequentiam. Teſtator primâ facie omnibus ſolidũ adſignavit. Ergò jus accreſcendi in illis locũ nõ habet.

In th. 5. lit. g. rectè à Tr: & communi ſchola recedit; nam & mihi verior videtur ſententia, legari Feudum, ut rem alienam, poſſe, quod diſſentientes nullam adducere queant rationem diverſitatis in re feudali, & in aliâ alienâ. Præſuppono verò conſtare de voluntate teſtatoris, quod ſciverit, rem feudalem, & qui ideò credendus non eſt, legatarium ludere voluiſſe.

In q. 29. dicit filium legitimam non perdere, etſi voluntatem patris non adimpleat, tum quod ea ſit æs alienum; tum quod ſit in *diſp. prac. q. 29.* eam ob intermiſſum inventarium non amitti, demonſtratum. Utrumq; erroneum eſt. Nam contrarium ſuprà demonſtratum fuit, & quoquè verius eſt: Enimverò ſi legitima eſt æs alienum, utiq; ob non confectum inventarium amittitur. *arg. l. fin. §. 9. & 12. C. de Idelib.* Vide *Catheran. decis. pedem. 148. n. 1. & maximè n. 6.*

In th. 1. lit. h. verſ. & cũ per omnia: dicit ab exæquatione legatorum & fideicommiſſorum excipiendum eſſe genꝰ relictæ libertatis; ſed immò ad libertatũ dationes planè non pertinet iſthæc exæquatio, ut dici non debeat in illis exceptionem ponendam eſſe. Firmiſſimè n. *Turamin. de exæquat. legat. c. 5.* dationem directæ libertatis nõ eſſe legatum, adſtruit, cui non poſſum nõ adſentiri.

In th. 2. lit. a. quod notat falſam eſſe Tr. ampliationem in Milite, mihi omninò notatu dignum fuiſſe, videtur, &

 adcò

adeò Hunnium non debuiſſe hunc ſcopulũ tacitus præ-tervehere: ſed quod addit *illat. 5*. Tr. ſibi hic cõtradicere, facilè omitti potuiſſet, quum eum ferè à contradictione, ſuprà *diſp. 10. th. 2. lit. i.* ipſe liberaverit. Scilicet Militem capitis damnatum teſtari poſſe, ſed permittẽte eo, qui damnavit; & ergò eodem vetante non poterit.

In th. 4. lit. b. verſ. ſunt hæc: dicit, ſi quidem legata rerum futurarum quoad effectum trãſmiſſionis, & etiam integræ quantitatis præſtationem, pura ſint, ſe nõ animadvertere, quo amplius reſpectu legata iſta conditionalia debeant cenſeri. Sed reſpondet *Hunnius hic. q. 12.* adhuc conditionalia eſſe, quoad actionem & petitionem. Hanc autẽ reſponſionem Bachovius omninò vicioſam putat. Utroq; igitur inſpecto judicium lectoris erit.

In th. 4. lit. i. K. tranſit cũ iis, qui aliquam Legũ pugnãtiã ſtatuũt; ſi remotis auctoritatibꝯ hac de re diſputare liceret, defenderẽ, Antinomias in jure Juſtinianeo nullas eſſe, etſi ſint perplurimæ: quod paradoxõ videri poſſet.

Diſp. 14. H.

In th. 5. ferè in f. verſ. ſextus caſus quo Falcidia detrahitur, adde, non. *In th. 7. verſ. illud equidem*: ibi, velit obſervare juramentum; lege, teſtamentum.

In *q. 5. inf.* dicit pugnam inter *l. 30. §. 7. & l. 91. ff. ad l. Falcid.* vix ulla ratione conciliari poſſe; quomodo ipſe ſui oblitus contraria in jure ſtatuit, atq́; inſuper etjam Tribonianũ affirmantem, nullum cõtrarium in LL. inveniri, erroris arguit, cujus tamen illud effatum ipſe ubiq́ue ferè in hiſce ſuis volum: pro oraculo habet, aliiſq́ue conciliatoribus quàm ſœpiſſimè opponere ſolet.

In q. 7. benè à Tr: diſcedit; Et jam quoq; apud me falſum eſt, jure veteri ſolam fuiſſe retentionem quartæ,

per

Digitized by Google

per oppoſitam exceptionem doli; primum verò Juſti- nianum etiam dediſſe vindicationem vel ſola *l. 26. ad l. falcid.* abundè refellit.

Paulò antè prin. q. 10. verſ. ſextus caſus: ipſe aliquot caſꝰ recenſet, in quibꝰ ceſſat Falcidia, quos nihil habere difficultatis, nullaq; explicatione indigere, dicit: ſed immò ex caſibꝰ illis aliqui dubii, ſi nō falſi, redduntur per *Bachov. hic. th. 5. lit. e. & K.* adeoque reſolvi debebant.

In th. 7. inf. affirmat filium jurantem ſe teſtamentū patris ſervaturū, Trebellianicæ renunciaſſe: ſed hic per Trebellianicā, vel ipſam legitimæ detractionem intelligit, & contrarium verius eſt, neq; enim temerè juramētum ita explicabimus, ut filius legitimæ renunciaſſe intelligatur; vel ridiculè dubitat, an per hoc juramentum Trebell. amittat, quia ea etiam citrà juramentum filio non debetur. Vide ipſum *Hunnium hic. q. 3.*

In q. 12. opinionē weſenbecii & Tr: noſtri pronunciat falſiſſimam; ubi quidem ſtrepitum facit, nihil tamen probat. Sed hoc falſiſſimum eſt, Tr. ſequi opinionem weſenbecii; & inſuper nunquid opinio weſenbecii, quam communiter Dd. defendunt, falſiſſima ſit, te docebit Bachov. *hic. th. 9. lit. C.* juncto *Donello ad l. 2. C. ad l. Falcid. n. 4. & ſeqq.*

In th. 10. quæſtionem hanc, an heredis heres ad adeundum cogi poſſit, ex Ant. Fabro *6. conj. 14.* tranſcripſit, de qua tamen dubitantem vel diſputantem ipſe Fab. ridiculum appellavit. Et adeò magis debuiſſet Hunnius quæſtionem alteram, quam *Bach. hic. th. 8. lit. a. verſ. ejusve heredi:* cum Tr: monet & proponit, examinare, & vel Ant. Fabr. cum Bachovio refutare, vel pro Fabro contra Bachov. replicare. Sed hoc opus, hic labor eſt.

In th. 1. lit. d. affirmat, magis in gratiā heredis L. Falcid. videri

B.

videri introductam; quod ea Lex invito teſtatore, & contrà ejus voluntatem obtineat; attamen hinc illud non ſequitur, quoniam Lex interdum tuendo voluntatem defuncti, contrà voluntatem ejus facit. *V. Vultej. ad pr. Inſt. de l. Falcid. n. 7.*

In th. 5. lit. e. f. dicit primò tentari poſſe, hodiè quoq; Falcidiæ in legatis ad pias cauſas eſſe locum; & tamen ſtatim ſubjicit, facilius credi poſſe Juſtinianum ceſſare voluiſſe Falcidiam in iſtis legatis &c. Atquin ipſe ſine expreſſo planè textu non inducendam eſſe mutationem Jantiqui, paulò antè hic monuit. Et ergò ſimpliciter defendam, à Falcidia nec hodiè excipi hæc legata.

In th. 10. lit. a. in f. notat Tr: ſibi contrarium, dicitq; ipſum excuſari nō poſſe; Immò videri poſſet, ipſum planè non eſſe contrarium, ſiquidē hæc ſimul defendi poſſunt: Teſtatorem, qui integra legata ſolvi juſſerit, non cenſeri prohibuiſſe Falcidiam. *th. 5. lit. b. hic.* econtrà verò eum, qui hereditatem integram reſtitui juſſerit, prohibuiſſe videri Trebell. *d. hac th. 10.* ratio differentiæ poni poteſt in præſumto teſtatoris erga heredem affectu, quem plus creditur teſtator dilexiſſe, quam legatarios; contrà autem majore amore proſequi fideicommiſſarium, quàm fiduciarium.

In th. fin. lit. a. ipſe ſatis benè & apertè ſuā & Tr: mentē exponit, & adeò placet. Hunnius verò ſatis intricatè, quærit namq; ſi in propoſito caſu nulli liberi fiduciario præter naturales nati ſint, an fideicōmiſſi conditio extiterit, & ſine liberis heres deceſſerit, adeoq; fideicōmiſſum reſtituendum ſit? Et reſpondet negativam veriſſimam eſſe, ratione adducta, quod appellatione filiorum naturales non contineantur. Atquin ea ratio probat affirmativā, ſcilicet ſine liberis heredē deceſſiſſe, & ergò fideicōmiſſum reſtituendum eſſe, &c. *Diſp. 4.*

DISPUTATIO 4.

Reſpondente

DN. JOHANNE Lübbeken Friſio, LL. Studioſiſſ.

Diſp. 15. H.

In *q. 4.* dicit clarè & perſpicuè evinci ex *l. 1. de bon. poſſ.* quod per bonorum poſſeſſionem proprietatis dominium acquiramus. Immò de dominio tantum conſtare ex *d. l. 1.* ſed non de qualitate & ſpecie dominii, dicit Back: *hic. th. 1. lit. b verſ. eaq.* Dico autem ego, ſuceſſorē honorariū poſſeſſoria petitione tantundem cōſequi, quantum heres actionibus Civilibus *l. 2. de poſſ. hered. petit:* Et ergò *d. l. 1.* de vero dominio ipſarum rerū intelligo.

In q. 5. miratur eos, qui quandam bpoſſeſſionem ad Jcivile referunt; Atquin ita ſeipſum miratur, quoniam & ipſe infrà cum Tr: agnoſcit quandam bpoſſeſſionem, quæ detur Lege, Scto, conſtitutione; quæ cum ſint ſpecies Jcivilis, conſequenter quoq; ſibi contradicit.

In th. 3. in m. verſ. illud certum & expeditū eſſe dicit, filium ſub conditione caſuali inſtitutum non cenſeri præteritū; Atquin ſuprà *diſp. 11. q. 22. & 26.* dixit, paria eſſe, aliquem eſſe præteritum, & aliquem ſub caſuali conditione inſtitutum. Sed hic lector admonendus erat, diverſam hac in re Jcivilis & prætorii conditionem eſſe.

In ead. th. 3. q. 12. explicat quis præteritus in genere, & in ſpecie dicatur. Nimirum cujus nulla in teſtamento mentio facta eſt, is dicitur præteritus in genere; cui verò legitima, vel quid aliud relictum titulo ſingulari, non

P tamen

tamen inſtitutus vel exheredatus eſt, ille dicitur præteritus in ſpecie: Tametſi Bachov: *hic. lit. b.* diſtinctionem eam vice verſa explicet.

In ead: th. 3. lit. f. in f. parùm imò nihili eſt, cujus Tr: inſimulat, ſiquidem quendam profeſſorem ita legiſſe Duarenus primū nos monuit, & hoc Tr: ex ipſo referre voluit, ut mirum ſit Hunnium hic loqui, ſed alibi tacere.

In q. 23. ipſe ſic ſtatuit; poſſe filium bpoſſeſſionē ſibi delatam, ignorāte patre petere, attamen per petitionem iſtam ita demum bpoſſeſſionem acquiri, ſi pater petitionem ratam habeat. Quid ergò ſi non habeat? reſpondet, filium tamen obligari, idq; planum & perſpicuum eſſe ex *L. fin. C. de bon. quæ lib.* quæ reſponſio & probatio utraq; perſpicuè falſa eſt. Quæritur namq; de ratihabitione: & ergò de caſu quo filius patre reclamante & invito petierit, reſpondere non poſſumus, qui caſus deciditur *in d. l. fin.*

In d. q. 23. in f. dicit intentionem filii imprimis inſpici debere, qui tantum ſibi & ſuo nomine bpoſſeſſionem petat; ſed imò ex manifeſta ratione juris ſibi bpoſſeſſionem petere non poteſt, excepto ſolo caſu *d. l. fin.* ſcilicet recuſante patre. Et ſanè petitio filii prorſus nulla eſt, niſi eam pater habeat ratam. *l. fin. §. 1. quis ord. in poſſ. ſerv.* & ergò patre repudiante etiam filius bona agnita omittebat, quod ipſum omnes affirmant; ſed an pòſt *d. l. fin. C. de bon. quæ lib.* idem adhuc juris ſit, Hunnius nec diſputat, neq; advertit. Vide *Bach. hic p. 972. in m.*

B.

In th. 2. lit. C. verſ. illud addo: dicit Tr: aliquoties miſerè lapſum eſſe; ſed confitendum eſt, ipſum non accuratè ſatis diviſionem bpoſſeſſionis in edictalem & decre-

cretalem, propoſuiſſe & explicaſſe, adjuvari tamen debuiſſe: Sicuti hoc loco Hunnius *q. 9. verſ. atq; ſic.* Treutlerum à lapſu erigere voluit, diſtinguendo inter plenariam & ſummariam cauſæ cognitionem. &c.

In th. 4. lit. a. verſ. olim in quavis: nõ exiſtimat inſtrumenta in papyro conſcripta, annullari: Atqui teſte *Rulando p. 2. de commiſſ: lib. 5. c. 7. lit. d. e. f.* propterea processus in Camera denegatur.

In d. th. 4. lit. b. verſ. etiam ſubcõdit: putat contrà Tr: inſtitutum ſub conditione accipere per poſſeſſionem ſecundum tabb: ipſum quoq; bonorum dominiũ, quod aliàs cautione opus non eſſet; Putat verò Hunnius, heredi hoc caſu curam & adminiſtrationem bonorum dari, & ideò cavere, ſe boni patrisfam: ad inſtar adminiſtraturum reſtituturumq;.

In th. 5. lit. f. pr. inſignis incuriæ exemplum eſſe dicit, quod Tr: ejus bpoſſeſſionis, quàm definit &c: Hunnius hic non loquitur, & reverâ Tr: notã haud effugiet, niſi valde ejus verba impropriemus. Videri poſſet Tr: per bpoſſeſſionem ordinariam, intellexiſſe edictalem; per extraordinariam verò decretalem, ideoq; cum nullibi hac diſputatione decretalem ſpecialiter propoſuerit, hoc loco per extraordinariam, ipſam decretalem proponere & explicare voluiſſe. ſed nihil affirmo.

In th, 5. lit. h. in f. verſ. pergit porrò Tr. addendũ puto, quosdam in iſto filio exheredato, ponere caſum §. 2. *I. de act.* ut etſi ſit in poſſeſſione, agere tamen & probare debeat. *L. 8. §. 13. de inoff. teſt.* Vide *Vultej. ad §. 2. n. 48. & ſeqq.*

In th. 6. lit g. dicit in *L. 7. C. qui admitt.* contineri caſum ſingularem, quo Prætor ſupplet defectum tutoris,

Digitized by Google

& pupillo hereditatem addicit; Atquin ita duo oppoſiti reſpectus in eundem concurrerent, idemq́; eſſet quodammodo petens, & à quo petitur, quod inconveniens videtur.

Diſſ. 16. H. Nota, eſt apud Hunium in ordine, 15.

In q. 6. arg. 2. ibi, quando filii ſupereſſent: adde, non.

Poſt *q. 2. verſ.* illud etiam quæſtionis eſſe dicit, utrum in dubio quis teſtatus, an verò inteſtatus, deceſſiſſe præſumatur? ſed hoc nimis jejunè propoſuit, quoniam, quod apparet ex Bach. *hic, p. 981. inf.* effectus & ſumma hujus quæſtionis eſt, an qui ab inteſtato ſuccedere vult, teneatur probare patremfam: deceſſiſſe inteſtatum?

In q. 6. nimis generaliter reſpondet, ſtatuta, per quæ, maſculis extantibus, filiæ excluduntur, valere: ſiquidem ea quæ ita ſolent excludere filias, ut tamen illis aliquid relinqui, & dotis nomine conſtitui velint, utiq́; valida & rationabilia ſunt; cœteroquin ſi præcisè excludant, & quicquàm ad filias pervenire vetent, talia non valere, communis ſententia eſt.

In q. 17. dicit, ſi quis duos habeat liberos, unum naturalem & quidem majorem natu, alterum verò legitimum, ſed minorem, hunc tamen ſolum jure primogenituræ frui: poſtea quærit, quid ſi ille naturalis per ſubſeq: matrim: legitimatus ſit? & reſpondet eum Jprimogenituræ ſimul accipere; ſed contrarium cum Tr: multis rationibus tuetur *Forſter. lib. 6. c. 24. de ſucceſſ.*

In q. 21. rectè opinionem Tr: nec defendi poſſe exiſtimat, eamq́; falſam eſſe exiſtimavit quóq́; Bachov: *hic. th. 2. lit. e.* & quam antè illos ſatis refutavit *Bocer. de regal. c. 2. n. 70. & ſeqq.* neq́; enim valet conſeq: liberi ante na-

tè nati legitimationem hanc impediunt; Ergò & poſteà nati eam infirmant. *arg. l. 8. de Sponſal.*

In q. 22. arg. 3. dicit ſtatutum excludens, fœminas eſſe odioſum, & inſpecto jure Juſtinianeo naturæ adverſari. *l. 4. C. de lib. præter.* Sed immò ſuprà *q. 6. arg. 1. & 2.* dixit, ejusmodi ſtatutum ratione juſtiſſimâ niti, & naturæ contrarium videri haud poſſe; vel aliàs ipſum Juſtinianum naturæ injuriam intuliſſe; vel idem etiam Moyſi legum latori ſapientiſſimo imputandũ eſſe. *confer. diſp. ſeq 17. q. 1. verſ. non igitur: ibi, nam ſufficit quod à Jnatura non exorbitet. &c.*

In q. 33. ei quidem concedo, poſſe Magiſtratum ex officio liberis inceſtuoſis, aliàs fame perituris, alimenta jubere ſubminiſtrari, quanquam iſtos liberos ea petendi jus non habere, contendam; Cui parùm obſtat *arg. 3.* quod qui alimenta negat, dicatur necare; quoniam ut hæc regula procedat, ponendi ſunt termini habiles perſonarum, quibus & à quibus alimenta debeantur.

In q. 34. inf. dicit, conſanguineos, excluſo patre, in caſtrenſia bona Jveteri digeſtorum ſucceſſiſſe; quod manifeſtò eſt contrà *l. 2. & 9. de caſtr. pec.* quæ oſtendunt caſtrenſe peculium, filio inteſtato defuncto, patrem jure poteſtatis occupaſſe: & ergò cum conſanguineos, quin & omnẽ ſucceſſionis ſpeciem excluſiſſe. conſequens eſt.

In q. 43. ipſe Covarruviæ ſententiæ ſubſcribendũ putat; ſed hujus & aliorum, inter quos Hunnius hic eſt, qui maternam negantes ſucceſſionem, fraternam concedunt, judicium deſiderat *Bach. hic. tb. 5. lit. e. inf.*

B.

In tb. 1. lit. b pr. non videtur eſſe vera contradictio, quam ibi ex Tr; verbis notavit, ſicuti nec hæc eſſet, quæ

Digitized by Google

ex Dd: notaretur, quando illi communiter ſucceſſionem legitimam dici ideò putant, quod ſola lege ſine ulla voluntate defuncti deferatur, & tamen agnoſcentes tacitâ deferri: quia utiq; creditur voluntatem ſuam Legis diſpoſitioni accommodare, itaq; meræ diſpoſitioni Legis ſucceſſionem iſtam inniti.

In th. 1. lit d. pr. neſcit quare cauſa ſuccedendi ab inteſtato amplior dici debeat, quod tamen facilè, reſpectu horum qui ita ſuccedunt, ſciri poteſt.

In d. th. 1. lit. f. pr. fiſcum inter ordines ſuccedendi ab inteſtato minùs rectè referri exiſtimat; Imò verò putem ego, Jure noviſſimo, propriiſſimè dictum heredem eſſe Fiſcum. *arg. N. 1. c. 1. §. 1. & 4.* & adeò rectiſſimè ordinem Fiſci huc referri. *Diſſent. quoq; Peregrin. lib. 4. de Jfiſci. tit. 3. n. 22. 25. & lib. 5. tit. 1. n. 60. & ſeq.*

In th. 2. lit. i. verſ. illa alia quæſtio eſt: negat nepotem exiſtentem adhuc in poteſtate avi adoptantis, patri naturali mortuo ſuccedere; quod tamen cū Tr: affirmat *Hunnius hic. q. 23. in m. per N. 118. c. 1.* Sed ego textus expreſſos præſertim ipſius Juſtiniani non temerè abrogatos eſſe dixerim, cum *Bach. hic. p. 1014. pr.*

In th. 4. lit. a. verſ. Jure porrò veteri. Illud quæritur; Inteſtatò filiofam: mortuo, bona caſtrenſia & quaſi, ad quem pertineant? Jure quidem priſtino hæc bona quoque à patre jure peculii occpabantur, *l. 2. de caſtr. pec.* Sed putant *Ant. Fab. 43. err. prag. 10. Vultej. 1. I. R. 74. poſt. n. 14.* hanc conditionem peculiorum Caſtrenſium & quaſi, eſſe adhuc hodiè, qui ideò rectè reprehenditur à Gottf. *Ant. diſp. 2. antiv. th. 82.*

In th. 4. lit. e. pr. quia Tr. à communi & recepta ſententia recedit, ego quoque ipſum cum Bach. & Hunn. deſero

deſero. & omninò verius exiſtimo, quod ubi tantum extant fratres, & ex altera parte avus & avia, hos non excludi, ſed cum fratribus nepotis concurrere.

In th. 6. lit. a. verſ. idem de Sponſa: facilè admittit Sponſam de præſenti, ut fiſco præferatur; ſed & admittere quis poſſet ſponſam propriè dictam; vel quod cingenda habeatur pro cincta, vide omninò *l. 5. C. de bon. quæ lib.* vel maximè quòd pœnæ & incommodum eam ſequantur, & itaq; tantò magis emolumentum. Prius admiſit ipſe Bach. *ſuprà diſp. 6. th. 1. lit. c. verſ. nec jure mariti:* ubi inſuper Tr: affirmavit, ſponſam hanc in pœnalibus pro uxore haberi &c.

In th. 6. lit. f. ad verba: hodiè ſpeciali beneficio cognatis in linea recta usq; ad tertium gradũ bona damnatorum cõceſſa ſunt: hoc addo, Quod quoq; alii collateralibus eadem concedant, ſeducti Irnerii illius authenticarum concinnatoris errore *auth. bona damn. C. de bonis proſcr.* inter quos miror eſſe *Vultej. 1. I. R. c. 74. poſt. n. 26.* Ego piaculum cenſeo recedere *à Nov. 134. c. fin.*

Diſp: 17. H.

In q. 3. pr. verſ. & quidem Decius: adde, affirmant.
In q. 20. pr. ibi, ex teſtamento ſucceſſio: lege, collatio.

In *q. 1. verſ. ſed tamẽ:* dicit collationem ad eum etiam caſum extendi poſſe atq; debere, qui non eſt in LL. expreſſus, & neq; ex LL. mente, ratione ac ſententia erui poteſt: Contradicit verò infrà *q. 3. arg. 2. & in reſp. ad arg. 4. & q. 4. in reſp. ad arg. 3.*

In q. 8. dicit, cũ emancipati agnati nõ ſint, ſequi infallibiliter quod in tali ſtatuto non comprehendantur, ſed ſi verè diſputat *Bl. in l. ult. C. unde liberi. n. 16.* ut maximè

mè propriiſſimè agnati non ſint, habere tamen jura agnatorũ, reſpondebo plus ita concludi, quam præmitti.

In q. 13. verſ. etenim in prin. juncta q. ſeq. 26. verſ. mihi videtur: circà explicationem verborum l. *17. ibi, pro tenore veterum Legum: C. de collat. bon.* vel ſibi omninò contradicit, vel graviter impingit.

In q. 18. ſequitur Tr: diſtinctionem inter Codicillos quibus relinquitur univerſitas, & quibus res ſingulares; Atquin Codicilli ſemper de univerſitate & fideicõmiſſo univerſali diſponunt, adeoq; fermè ab omnib9 interpp: referuntur ad modos adquirendi per univerſitatem. *Weſenb. in parat. de jure codicill. n. 1. Vultej. 1. I. R. 73. n. 4.* Quæ tamen non placent, & defendam pro libitu diſponentis etiam res ſingulares Codicillis relinqui poſſe. *arg. §. 1. I. de codicill.*

In q. 31. tergiverſatur Hunni9 & quid ſtatuẽdũ ſit vix apparere dicit, primum quidem ei ſententia affirmativa omninò retinenda videtur, ſed ſtatim ſubjicit, ipſam tamen rei veritatem, negativam ſuadere. Ego, etſi non deſint rationes dubitandi, quia tamen favorabilis eſt hæc negativa & ſtudiis amica, idcircò eam in dubium revocare nolo: verba ſunt Hunnii *vol. 3. diſp. 28. th. 6. lit. c. n. 3.* quibus ipſe magis hic uti potuiſſet.

In fine th. 7. dicit ſe brevitatis ſtudio lectorem remittere: Verum aliter fieri non potuit, non debuit. Nam citrà odioſæ repetitionis vicium, quæſtionem alibi diligenter conſideratam, denuò repetere non licuiſſet, neq; tamen etiam nimiæ brevitatis ſtudio tota theſis fin: indiſcuſſa relinquenda erat.

B.

In th. 3. lit. e. rectè ſtatuit, Emancipatos jure novo invicem

vicem ſibi conferre teneri, quod hodiè cauſa collationis in æqualitate conſiſtat: Quomodo quoq; Hunnius *hic.th.2.lit. a. verſ. non obſtant.* & *verſ. ad ſecundum* benè ſtatuit & infert, qui tamen poſteà planè ſibi contrarius. *q. ſeq.13.* emancipatos ſibi nihil conferre, ne quidem dotem & donat: propter nuptias, abſurdò putat.

In th. 4. lit. e. hoc utiq; veriſſimum mihi videtur, quod contrà Ant. Fab. *dec. 40. err. 10.* quem pravo judicio ſequitur Hunnius *hic. q. 21.* affirmat, hodiè inter diverſo jure ſuccedentes eſſe collationem; Enimverò cũ ipſe Hunnius *q. præc. 16* Jus novũ in eo agnoverit, quod etiam ex judicio patris venientes conferre teneantur, neceſſariò tale jus quoq; & in hoc agnoſcere debuiſſet.

In th. 5. lit. d. ipſe ait oppidò quàm inconcinnam, rudem & plenam inficeriarum eſſe explicationem Roberti. *2. rec. lect. 15.* quam tamen ſequitur Hunn: *hic. q. 25.*

In ead: th. 5. lit. h. inf. reſpondet, ſumtus à patre in filium gradus Doctoræ adipiſcendi cauſa factos, non eſſe conferendos, & eam communiſſimam Doctorum ſententiam eſſe; Sed videri poſſet Doctores quaſi in cauſa ſuâ & propriâ teſtimonium hic dediſſe, non facileq; reſponſo contrario ſeipſos aggravare voluiſſe. *Diſp. 18. H.*

In q. 8. pr. ita ſunt verba: lubet ſubijcere quæſtionem elegantem non minùs atq; inutilem: in quibus error eſt. Sed reverà iſthæc quæſtio, cum nihil prorſus huc pertineat, inutilis eſt, & inſuper fruſtrà ex Hottom: q. 18. tranſcripta. *In q. 9. verſ. ad exemplum heredis:* ibi, demolitionis teneri, adde, non. *In q. 16. verſ.* pro contraria negativa, ubi textum quem citare voluit, omiſit, quem puto eſſe in L. 1. *Nota, apud Hunniũ eſt. 19*

de tign. junct. vide *vol. 2. diſp. in ejus ordine 18. q. 37. arg. 5. & 6.*

I*n q. 1. verſ. ad tertium Reſpondetur: &c.* ibi dicit, ſe mox demonſtraturum notoriè injuſtam nunciationẽ non valere; & tamen in *q. ſeq. 2,* eam tenere, oſtendit: ubi memoria?

In q. 6. verſ. quin etſi penitus nihil factum ſit, dicit, nunciationem valere, per textum apertum *l. 20. §. 2. de nov. oper. nunc.* quem tamen textum non multùm ad rẽ facere oſtendit Bach. *hic. th. 1. lit. d.*

In q. 9. verſ. verùm contr: opin: ibi judicat opinionẽ, quam Tr: & Coraſ: amplectuntur, veriorem eſſe; ſed ſtatim poſtea, verſ. quocircà ego: aliorum ab iis diſſentientiũ ſententiã veriorẽ exiſtimat, & Coraſium ſomniare dicit. Ego verò cum Tr: inhæſitãter reſpõdebo, hoc caſu opus deſtruendũ eſſe, & quidem impenſis domini.

In q. 14. divortium facit à ſententia Tr: neq; ab regula, Quod cives reipubl. nomine novum opus nunciare poſſint, excipiendam mulierem, ſtatuit, vel ideò quod nunciatio extrà judicium fiat; Verum cum non ſubſiſtatur in actu nunciationis, ſed ad Prætorem deveniatur, de calumnia jurandum, & judicium, dum alter jus ædificandi ſibi eſſe intendit, ſuſcipiendum ſit, vix mulieri jus nunciandi concedendum erit.

Poſt. q. 14. in quæſtione de Vaſallo & Emphyt: non ſat percipio, quid concludat; Primùm ſic proponit. Illi tantùm nunciant, qui vel dominium vel ſervitutem habent, *l. un. §. 3. de remiſſ.* & aſſumit: Vaſallus & Emphyt. dominium nullum habent. Ergo ſequitur concluſio, quod neq; nuncient: quam tamen Hunnius non admittit. Quare? quia dicit Vaſallum & Emphyt: habere jus dominio ſimilimum. Itaq; propoſitioni 2dum Hũnium

hoc erat addēdū,& qui vel jus habēt dominio ſimiſſimū. Sed rogito te jam, cur de verbis moleſtus es, cū rem ipſam concedas: aliàs voca panem, ſi placet, lapidem, & da mihi dum fameſco, & ero contentus, inquit ille.

Addo hoc: Hunnius *p.32. col. 2. pr.* concedit, Vaſallū, Emphyteut. tanquam dominos poſſe à quolibet poſſidente vindicare. Atquin vindicatio ſupponit dominiū. §. *1. 4. 14. I. de act. l. 14. §. pen. & ult. de exc. rei jud.* & ergo ipſos habere dominium quoq; concedendum eſt. Et cū Hūnius unū & directū dominium agnoſcat, ego de hoc illud intelligam, donec contrarium mihi oſtendatur.

In q. 23. placet ei, dieb9 feſtis etiā honori divino dedicatis, poſſe nunciationē fieri; ſed malim ego cum *Bach. hic.p.30. pr.* hoc reſtringere ad ferias propter neceſſitatē hominū introductas. Et nihili eſt, quòd dicit, poſſe ædificātē de facto dieb9 dominicis in opere pergere, quoniā nūciāti ſatis per interdictū demolitorium proſpectū eſt.

In th.3.lit.c.pr. nō vult Tr: opinioni ſubſcribere, quod ſatisdatio novi operis nūciationē perimat, caſſet & tollat; Atquin ipſe Tr: mentē nō rectè explicat, quæ reverà hæc eſt, ſatisdatione præſtita pergere quidem licere ædificāti, interim tamen ipſius periculo. *Bach. hic. lit. c.*

In q. 26. exiſtimat Tr: aſſertionem de eo ſolùm caſu intelligendam &c. & tamen poſteà indefinitè ſubjicit, etſi qui ſunt alii caſus &c. Præſtat itaq; cùm Tr: ſimpliciter affirmare, quod Prætor etiam non præſtitâ cautione poſſit ex officio permittere ædificare.

In q. 33. ipſe Ant. Fabr. rectè monere & reſpondere affirmat; Bachovius verò *p. 43. & ſeq;* econtrà. Judicium penès lectorem erit.

In q. 41. dicit culpam publicani eſſe longè maximam, ſi non inquirat quàm juſtum ſit vectigal; Sed immò præterquam quod ei accuratius in Principis actiones inquirere fas non ſit, pro quo ſemper præſumatur, facere poſſunt verba *c. 28.* §. *quia verò. ibi: quod non cognitio ſed exſecutio tantum publicano demandatur &c. de offic. & poſt. jud. del.*

In th. 9. inf. corollarium Tr: commodiori disquiſitioni reſervat; ſed licet non plenè & exactè, obiter ſaltem hoc loco iſtud explicandum erat, quod maximè plurimas qq: à Tr: præteritas, alibi reſolverit.

B. *In th. 2. lit. a. pr.* non dubitat quoad incolas, quin falſa ſit Tr: ſententia, ex hac unica ratione, quod qui munera publica ſuſtineat, ille etiam nunciare in cauſa publica poſſit: Attamen de hac propoſitione, addubitare liceret; ſanè Minor 25. annis hæc munera ſuſtinet, & tamen nec apud Bach. *hic pa. 13.* in cauſa publica nunciare poteſt.

In th. 2. inf. dicit ibi manifeſtum lapſum eſſe; ſed videri poſſet, illud debuiſſe vel cum allegatis Dd: explicari; vel ad nunciationē de qua ſub hac lit. g. egit, reſtringi.

In th. 6. lit. c. p. 53. verſ. & eſt ſanè: dicit petitorē qui rem ſuam eſſe intendit, nō rectè deſiderare, ut ex ſecundo decreto dominus conſtituatur; Videri tamen poſſet; Prætorem vice ſecunda decernere poſſe & ſolere, ſaltem ut judicando rem meam eſſe, declaret ſimul alterius non eſſe, *arg. l. 40. §. 2. de procurat. VVurmbs. tit. 7. obſ. 6. n. 18.*

Diſp. 19. H. *In q. 17. pr. verſ. etenim Guid: Papa:* adde negant. & in

in ead: q. verſ ſed utrum idem: ibi, plena tribuimus proprietas poſſe; lege, non poſſe: v. de vol. 2. diſp. de emt: & vendit: q. 13. ubi hanc quæſtionē quoq; poſuit. *In q. 20. pr.* ita debes legere: non deſunt qui ſerio contendant, cum donationes inter vivos non valeant inter vir: & ux: neq; etiam donat: mortis cauſa &c. *In q. 28.* negativa, nō, omiſſa fuit, quod vide notatū ad hujus vol. 2. diſp. 2. q. 21. ubi hanc quoq; quæſtionem poſuit. *In. q. 62. pr.* ibi: pro negativa, lege, affirmativa. *Nota, eſt apud Hūnium 20.*

In q. 5. inquiritur donationis origo, & ipſe donationem inter vivos Jcivili tribuit, vel ideò, quia ab hoc jure perfectionem formæ habeat, quæ conſiſtit in inſinuatione, ad quod obſervari vult *l. 6. de I. & I.* ſed ità nihil non Jcivilis efficiet, quinimò ſi donationi Jus civile aliquid addidit, ſequitur eam antè illud fuiſſe, adeoq; formam & originem ab illo jure non accepiſſe. Et inſuper non an aliqua, ſed an omnis donatio Jcivilis ſit, quæſtio eſt.

In q. 8. ita quærit; an donatarii conſenſus expreſſus requiratur, an ſufficiat præſumtus? & ſubjicit, affirmativam ſententiam Tr: amplecti. Sed diſtinctius reſpondēdum erat, prius ſcilicet affirmare Treutlerum.

In q. 12. defendit donationem à Minore factam, neq; juratam de Jcivili valere. Sed obſtat *Auth. Sacramenta. C. ſi adu. vend.* Ipſe reſpondet d. auth. ad contractus jure validos reſtringi debere: cæterum ego quoq; eam in contractibus Jcivili nullis obtinere defendam. Verum nunc obſtat *l. 5. C. de LL.* parata tamen eſt reſponſio. *V. Bach. vol. 1. p. 275. pr.*

In q. 23. ſuo judicio optima eſt diſtinctio Sc. Gentil: de qua & ejus explicatione vide *Bach. hic. p. 88. in m. & ſeq.*

ſeqq. cum quo contrà Dd: exiſtimo, & non quævis merita præcedentia donationem impropriam facere ſtatuo; quoniã etiam donationes propriiſſimæ in dubio ſemper ob meritum aliquod acceſſiſſe videntur. *l. 9. pro ſocio.*

In q. 43. verſ. his parum adverſantur: dicit, nullam hic eſſe comparationem patroni & donatoris; quare? quia ille longè majus beneficium in libertum contulerit, atq; ita à patrono ad donatorem alium; conſequentiã negat. Atquin hæc ei fortiter *in q. ſeq. 44.* opponi poſſunt, ubi jus in perſonam patroni conſcriptum in *l. 8. C. de revoc. don.* extendit quoq; ad donatorem extraneum.

In q. 46. ſic quærit; an liberis jam natis pater beneficio revocandi efficaciter renunciare poſſit? Ipſe negativam ſequitur. Objicit autem ſibi 5. loco hoc argumentũ. Per quod tollitur ratio, quæ locum facit beneficio, per illud etiam ipſum beneficiũ tolli neceſſe eſt. Atqui per renunciationem, maximè hoc noſtro caſu, tollitur illa ratio, quæ ſumitur à præſumta voluntate donatoris. Vide ipſum Hunnium *q. præced. 44. verſ. quia quoties ratio Legis.* Ergo, &c. ad quod ipſe nihil reſpondit. &c.

In q. 52. ipſe Ant. Fabri ſententiam cum Tr: ſequitur; ſed contrà utrumq; benè diſputavit Bach. *hic. th. 7. lit. h.* cum quo præſtitiſſet vel communem Dd: opinionem retinere; vel Plus ultrà inquirere; adeoq; titulo & promiſſioni ſatisfacere.

In q. 58. nimis jejunus eſt; Vide omninò Bachov: *th. 9. lit. a. verſ. in hac donat:* ubi negat donationem mortis cauſa in ignorantem poſſe conferri, & licet ea ita nominetur à morituro, nihil tamen niſi legatum eſſe. Effectum verò quæſtionis deprehendes ex iis quæ habet idem Bach. *d. th. 9. ad lit. b.*

In

In th. 1. lit. c. verſ. Juris gentium : in f. illos pleroſque ſcilicet ſubtiles eſſe dicit, qui donationem definiunt per genus ACTUM; quod faciunt *Contius 1. diſp. 12. Obr. diſp. 17. th. 10. & 18. Gœdd. p. 3. diſp. 2. th. 1. lit. b. Bocer. cl. h. diſp. 22. th. 3.* neq; etiam adeò inconcinnè dictum videtur; nimirum donatio in ſe quatenus liberalitatem ſignificat, eſt actus *l. 19. de V. S.* quo quis donum, *l. 194. de V. S.* in aliquem transfert. B.

In th. 3. lit. a. verſ. ſed quid: benè contrà Tr: animadvertit; quod etiam fecit Hunni9 *hic. q. 11.* poſito namq; donationem ut contractum conſiderari, omninò quisquis Minorem obligari ſtatuit, donare quoq; eum poſſe neceſſario affirmabit:

In th. 9. lit. a. p. 145. in m. dicit propter clauſulā hanc, ſe nullo modo revocaturum donationem, eam nō pro mortis cauſa, ſed pro donatione inter vivos habendam eſſe. Contradicit Tr; quem ſequitur Hunnius *hic q. 57.* & ego: vel maximè quod non de neceſſario requiratur in tali donatione quæ debet mortis cōfirmatione ſubſiſtere, ut res donata tradita verè vel fictè fuerit. arg. *N. 162. c. 1.* & ipſius Bachovii *in hac th. lit f. p. 160. & ſeq.*

In ead: th. 9. lit. e. in f. perſpicuum errorem Tr: caſtigavit, quem & animadvertit Hunnius *hic q. 65.* & ſanè pro hoc vulnere emplaſtrum neq; ego habeo. Cœtera quæ habet Bachov: de modis quibus aut reſolvitur, aut revòcatur donatio, perſpicua & grata ſunt.

Diſp. 20. H.

In q. 6. pr. ibi affirmativa: lege, negativa. *In q. 15. pr.* ibi, etenim ſunt qui eum fiſco in ſolidum cedere exiſtiment: lege, qui eū inter fiſcum & inventorem divi- *Nota eſt apud Hūnium 18.*

dividendum exiſtiment. *In q. 40. verſ. non refragatur huic:* ibi, non reſtitueret: lege, reciperet.

In th. 1. ſub lit. I. quærit, an communio bonorum poſſit obſervari? & reſpondet, non poſſe, quod ea Dei verbo repugnet. Quidam ſemel mihi hoc idem defendenti, ſic oppoſuit. Jus canonicum creditur J divino eſſe cõforme. Sed J canonico communis uſus omnium eſt (in omnibus autem ſunt ſine dubio & conjuges) verba ſunt *c. 2. cauſ. 12. q. 1.* Ergò quoq; J divino, quod & confirmat *d. c. 2. in f.* quam tamen oppoſitionem inſuper habui.

In q. 6. quærit, an in loco Jure naturali communi, veluti littore maris, liceat abſq; venia Magiſtratus ædificare? Ipſe verò negat. Ego cũ Donello hoc objicio, quod non opus ſit conſenſu Magiſtratus in iis, quæ ipſa natura omnib9 communia eſſe voluit. Ad quod Hunnius, ſalvo quæſtionis ſtatu, reſpondere nequit. Bachovius quidem hic *in th. 1. lit. e. in f.* negat, quod uſus littoris in ædificando poſitus ſimpliciter conveniat naturæ, ſed ipſe jam antè communia diſtinxerat, quod alia ſint magis talia, ut aer, aqua, alia minùs, ut littora &c.

In q. 17. non probo quod dicit nullum fundamentum in Jure habere, quod theſaurus referatur inter regalia; nam præterquàm quod textus apertus ſit, *2. F. 56.* etiam ejus rei tres rationes reddit Bachov. *hic. p. 190. in f.*

In q. 18. in f. ad verſ. Quare cum primò Principes: addo. Quanquam hac ſua patientia in actibus meræ facultatis jus ſuum amiſſe videri poſſint, & Principes in poſſeſſione conſtituiſſe; tamen vix veriſimile eſt, ab initio patienter ſubditos id paſſos. Vide *Heig: 1. q. 15. n. 29.*

In q. 19. ad verſ. non deſunt qui: addo. Si. 1. ponatur, ſubditum venantem nihil aliud niſi furem videri, 2. tertiâ

tiâ vice, imoq; ſæpius, & quidẽ. 3. contrà Principis mandatũ, adeoq; contẽpto principe, venationes feciſſe, atq; ita. 4. prorſus incorrigibilem factum eſſe, ſequetur cõtrà Hunnium, talem ſuſpendi poſſe. Neq; obſtat ratio ipſius, poſita ſub verſ. & ratio hujus hæc eſt: quoniam & ipſe non tàm in fera capta, ſed in violatione mandatorum Principis rationem pœnæ laquei conſtituit. Vide *vol. 3. diſp. 30. q. 26.*

B.

In th. 1. lit. c. verſ. quod autem de muris traditur : Ego contrà ſic argumentor. Cives Romanos alià quàm per portas egredi non licet. *l. fin. de rer. diviſ.* ſed omnes in orbe Romano ſumus Cives Romani *l. 17. de ſtat. hom.* Ergò omnibus alià egredi non licebit, unde qui muros tranſcendent pœnâ *d. l. fin.* coërcebuntur: quamvis arbitraria pœna humanior ſit, ſed clementiæ gloria affectanda non eſt. *l. 11. pr. de pœn. Hunnius hic. q. 1.*

In th. 2. lit. f. contrà ipſum adfirmo cum Hunnio *q. 14.* in privato lacu vel ſtagno piſcari haud licitum eſſe; cum qno tamen ad *l. 3. §. 14. de acq. poſſ.* non reſpondebo ibi non negari, piſces in dominio noſtro eſſe, ſiquidem eum refellunt ſatis verba *d. §. 14. ibi: quia relicta ſunt in libertate naturali*: juncto *arg. §. 12. I. de rer. diviſ.* ſed dicam cum Tr: uti lit. f.

In th. 6. lit. a. p. 221. in f. quod ibi dicit, deprehendi verum eſſe; Scilicet Tr: noſtrum crucem hic fixiſſe ſtudioſis: Itaq; quatuor propoſitiones Bachovii ibidem laudo & magis approbo. Sed quod ſub. *1. propoſitione p. 223. in m.* obiter dixit, non præcisè poſſeſſorem bfidei duplum præſtare teneri, ſed reſtituto tigno condemnationem ejus evitare poſſe, idq; latius *p. 224. in f. & ſeq.*

R defen-

defendere voluit, ego cum Hunnio *q. 37.* neq; probo, neq; defendam: Et Donelli rationes ſat refutavit ejus enucleator *4. c. 33. lit. c. d. f.*

Diſp. 21. H.

In q. 14. verſ. cur autem ibi, poſſeſſio verò non itē: lege dominium. *In q. 22. pr.* pro debitori, lege, creditori. *In q. 28. pr.* ibi, etenim pro ſententia; adde, affirmativa. *In q. 30. arg. 2.* verba: creditor, debitor, locum mutarunt. *In q. 40. pr.* ibi: poſſeſſionis, lege, poſſeſſoris.

I*n q. 1. in f.* dicit ſi operæ precium eſſet, facili negocio ultrà 100. definitiones adferri poſſe, ſed inutili labore tempus inutiliter terendum non eſſe; Quaſi verò definitiones aliorũ examinare labor inutilis ſit, quod fecit utiliter Bach. *hic. p. 254. 255.* & *Turamin. de vera ſubſt. poſſeſſ. c. 7. n. 23.* Sane eandem quæſtionem bis tertiove verbis iisdem repetere, hic demum labor inutilis eſt.

In q. 6. defendit verba: affectione domini: in definitione poſſeſſionis, eſſe rectè addita; ſed vel intelligit definitionem poſſesſionis in genere ſumtæ, & haud dubiè malè addita ſunt; vel in ſpecie, & ejus quæ effectum habet uſucapiendi, & rectè intellecta defendi poſſunt. Mihi placet Bach. *hic. th. 1. lit. e.*

In q. 9. pr. dicit, fieri nunquàm poſſe, ut quis rem eandem ſimul naturaliter & civiliter posſideat, idq; eò minus dicendum, ſtante Tr: explicatione: Ergò innuit neque hoc dici poſſe ſtante ſua, quam veram eſſe putat, explicatione: Quod mihi falſum videtur: arg. *Bachov: hic. th. 1. lit. g. pr.* Quin imò puto ego, & dominum ipſum, rem ſuam quandoq; malâ fide & injuſtè posſidere poſſe.

In

Digitized by Google

In q. 19. arg. 1. dicit argumentum à contrario ſenſu in Jure fortiſſimum eſſe, idq; probat *per l. 1. de off. ejus.* Verum quoniam illud quàm ſœpiſſimè inculcat, volui ſemel lectorem admonere, quod quidē omnes hiſce verbis *d. l. 1.* hujus rei fortiſſimum argum: eſt: putent argumentum à contrario ſenſu ſignificare; ſed tamen argumentum ab exceptione ductum indicari, idq; fortisſimum eſſe. Hinc dicitur vulgò, exceptionem firmare regulam in caſibus non exceptis. *Vide Sc. Gentil. 3. de Jdict. 25.*

In q. 28. judicat veriſſimam eorum ſententiam, qui negant in ſequeſtrum transire poſſeſſionem, niſi, ut tranſeat, partes conſenſerint. Quin, meo judicio, contarium veriùs eſt, nimirum in dubio & niſi aliter cōventum ſit, in ſequeſtrum poſſeſſionem transferri; quod ſatis perſpicuè probatur ex *l. 17. §. 1. depoſ.* Sed an iſta ſequeſtri poſſeſſio, victori poſteà ad implendam uſucapionē proſit, alia & difficilior quæſtio eſt. V. *Bach. hic. th. 4. lit. f.*

In q. 47. puto hanc eſſe bonā conſeq: Alius inſcio me, meo tamen nomine poſſesſionē apprehendit, fructusq; percepit; Ergò mihi poſſesſionē acquiſivit. *per §. pē. I. per quas perſ. nob. acq.* neq; enim hæc contraria ſunt, acquiri ignorantibus, & tamen volentibus nobis.

In q. 52. quòd Tr: dicit per unicum teſtem probari poſſe poſſesſionem, id ipſe ne vel minimum etiam habere fundamentum putat; Sed ſanè aliquod habere videtur, ſi diſtinguatur inter poſſeſſorium ſummarium, & plenarium. *V. Geil. 1. O. 7.*

In th. 1. lit. e. p. 255. pr. definit poſſesſionē eſſe jus corporaliter inſiſtendi rei vacuæ; Sed benè ſibi objicit, **B.**

 quod

quod res incorporales poſſideri dicantur, attamen hæ omnem poſitionem corporis effugiant, & itaq; aliter poſſeſſionem definiit.

In d. th. 1. lit. f. jure merito notat Tr: & ejus auctorẽ Donellũ, qui poſſeſſionem Civilem de juſta, & quæ bonæfidei ſit, naturalem de injuſta, & mfidei poſſeſſione explicat; quem ideò quoq; ejus enucleator notavit *5. comm. 7. lit. b.* Itaq; Bachovium, probè poſſidendi modos, à poſſeſſionis ſpeciebus, diſtinguentem & explicantem, ſequor.

In th. 2. lit. c. ad objectionem Zaſii: Incerta pars vindicatur. Quare & poſſidetur; reſpondet quoque ex Giphan: Hunnius hic, eſſe fallac: homonymiæ. Incerta namq; bifariam dicitur: Vel enim talis eſt ob communionem, vel ob ignorantiam, ſi neſciam quantum juris habeam in fundo. Sed hæc tanti non ſunt.

In d. th. 2. lit. h. comprobat ſententiam Tr; nimirum Animum & corpus in acquirendâ poſſeſſione copulativè concurrere oportere, & Dd. exceptiones, non exceptiones eſſe oſtendit: Decem quoq; caſus à Zaſio, quibus poſſeſſio ſolo animo citrà actũ corporeum acquiratur, recenſitos, refellit. Quod etiam antè ipſum fecit *Giphan. in l. 3. §. 1. n. 12. de acquir. poſſeß:* & rectè: nam in plæriſq; omnibus adeſt actus corporis, ſi non naturalis, ſaltẽ adſcititius. Et hic valere poteſt dictum Xenocratis. Oculos an pedem inferas, nihil intereſt.

In th. 3. lit. a. p. 284. pr. rectè reſpondet cum JCto *in l. 32. §. 2. de acqu. poſſeß:* infantem tutore auctore poſſe incipere poſſidere. Sed opponitur *l. 3. C. eod.* ubi tutoris auctoritas non requiritur. Hic iterum rectè reſpondet, ſpeciale eſſe in caſu *d. l. 3.* in donatione, ut infans ſolo poſſeſſ. nanciſcatur, vel quia in donatione non viciſſim

Digitized by Google

obligetur; vel quia pueri avidè, ac cum affectu tenendi, accipiant quod donatur.

In th. fin. lit. e. pr. dicit nobis invitis amitti poſſeſſionem, veluti fluminis inundatione; addo ego, ſi ea longioris ſit temporis. Hinc errat *Gipban in l. 3. §. 17. n. 93. & ſeqq. de acqu. poſſeſſ.* & *in l. 38. n. 5. & ſeqq. de acquir. dom.* qui vult indiſtinctè inundatione adimi poſſeſſionem, etſi temporis ſit maximè exigui. Quæ opinio dura & falſa.

In d. th. fin. lit. g. in f. dicit ipſum nudo animo poſſeſſionem amittere, qui ſe alieno nomine poſſidere conſtituit; addo ego: Interpretes hoc conſtitutum vocare poſſeſſorium, ad differentiam obligatorii. *Tiraq. libr. de jur. conſt. poſſeſſ.* Sed econtrà *Giphan ad l. 10. n. 10. & ſeqq. de donat:* illud uſu quidem forenſi receptum, ſed figmentum eſſe gloſſographorum. Cujus tamen rationes tanti ponderis non ſunt.

Diſſ. xx. II.

In q. 5. verſ. cæterum hanc eſſe veram: lege, falſam. *In th. 2. lit. b. pr.* ibi, prohibetur: lege, perhibetur. *In q. 18. arg. 2.* pro ff. de minor. lege: ff. de honorib. *In q. 33. in pr.* verba: perſonæ, rei: locum mutarunt. *In q. 45. pr.* ibi, bonam fidem: lege, malã.

In q. 2. ei conſentio; hic enim cum de uſucapione, ejusq; cauſa, poſſeſſione, loquimur, eam intelligimus poſſeſſionem, quam Theoph. *tit. I. de uſufr.* ita definiit, *νομὴ ἐστὶ, τὸ ψυχῇ δεσπόζοντος νέμεσθαι.* Vide Bach. *diſp. prac. th. 1. lit. e.*

In q. 5. benè defendit hodiè uſucap: & præſcript: ſubjecto haud differre; ſed malè adducit ſub *arg. 4. l. 3. & 9.*

de div. præſcript. ex quibus probat, quod etiam in rebus mobilibus præſcriptio longi temporis habeat locum: quoniam ita deſtruit differentiam primam, quam *in q. præced. 3.* conſtituerat, nimirum præſcriptionem rerum immobilium duntaxat fuiſſe.

In q. 14. objicit ſibi *l. un. C. ſi adv. uſuc.* & inquit, difficilem eſſe hanc objectionem, nec ita facilè apparere cōciliandi rationem; ſed ſtatim ſubjicit; Imò nullam penitus eſſe, & appoſitisſimè conciliari poſſe. Interim cōciliatio ejus vera eſt, ſcilicet jure novo pòſt *l. ult. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* excepta tricēnali, nulla præſcriptio cōtrà Minorē currit. Et jure veteri quoq; videri poſſet *d. l. un.* ad Minores in ſpecie dictos reſtringi debuiſſe.

In q. 16. in fine ſic concludit, annuos reditus ex earum rerū numero eſſe, quæ præſcriptionem nullam admittunt; poſtq́;, illis quoq; res dotales annumerari, *ſubjicit.* Quæ verba cum grano ſalis accipienda ſunt, vel ſanè falſam efficient ſententiam, quòniam in penſionibꝰ annuis iis utiq́; præſcribitur, à quibus ſine exactione tricennium lapſum eſt, ſi non etiam futuris. V. *Bachov. hic p. 375. pr.*

Poſt. q. 16. verſ. illis quoq;: ibi malè in genere de rebus dotalibus proponit, quod ſpeciale eſt in prædio dotali; neq́; enim Hunnius negare poteſt, falſum id eſſe in rebus dotalibus mobilibus, quod eas, maritum, qui ſolvendo eſt, jure alienare poſſe, affirmaverit ſuprà *diſp. 7. q. 48.* Quia igitur alienari, etiam uſucapi potuerunt, ait ipſe *q. præced. 13. in f.*

In q. 21. verſ. verū ego ſalvo: quicquid ipſe diſtinguat, ego cū Bach. *hic. th. 4. lit. I.* longè verius exiſtimo, per præſcriptionē nō tantū jus accuſandi, ſed etiam inquirendi, tolli; quoniam aliàs reverà præſcriptio hæc eſſet nulla,

Digitized by Google

cum effectu nihil interſit, an reus à privato, an à Magiſtratu in judicium vocetur.

In q.24. verſ. affirmativā ſententiam defendit Covarr. & verſ. verumenimverò: ibi, affirmativæ ſubſcribere & Covarruviæ calculum addere &c. Miror quod Covarruviam adeò ſupinè inſpexerit, ſiquidem ille à generali ſanctione *Nov.131. c.6.* plane exiſtimat exceptam eſſe Eccleſiam Romanam.

In q.28. ſic exercitii cauſa cōtrà Hunniū diſputari poſſet: Quæ jure divino novo debentur, ea, quominus ſolvantur, nulla præſcriptione effici poteſt. Hunnius infrà *q.37.pr.* ſed tributa illo jure debentur. Et ergò quæ ſunt Cæſaris, cæſari, & quæ Dei, Deo ſemper ſolvenda ſunt.

Paulò ante q.29. hæc habet verba: Etenim ex prædictis conſtat, quod HODIE res Eccleſiarū, excepta Romana, jure Cæſareo. 40. annis præſcribantur. Atquin ſuprà *q.24. in f.* illa habuit; Mihi arridet affirm; ſententia, quod Romanæ Eccleſiæ privilegiū centenalis præſcriptionis rurſus ſit ademptum. Qualis igitur cohærentia?

In q.33. in pr. non ſat ejus mentem percipio: Sic exiſtimo ego, Succeſſori ſingulari vicioſam poſſesſionem autoris nocere, ſi accesſione temporis uti velit: Et ergò ſi ex poſſesſione ſua cōputare velit præſcriptionis tempora, ipſeq; in bfide ſit, mfidē ſui autoris ei haud nocere poſſe. *l.5. pr. de div. præſ.*

In q.36. pr. dicit, quin extraneꝰ heres uſucapere titulo pro herede poſſit, dubiū planè nullū eſſe. Sed immo dico ego, dubiū eſſe maximū, quod iſte titulus prorſus nemini ad uſucapiēdū prodeſſe videatur, *per text. expr. l.4. C. de præſc. lōg. tēp.* ad quam ſanè quod reſpōdeat, nō habet Bachoviꝰ, vide tamē *infrà c.3.* Poſito verò hoc titulo ad uſucapiendū habili, meo judicio, non tàm extranei, quàm potius ſui, ita uſucapere poterunt.

Digitized by Google

B. *In th. 1. lit. b.* dicit genus uſucapionis: adjectio! vix tolerari poſſe; quod tamen noviſſimè & acerbiſſimè *Gilken. tr. de præſcr.* defendit, contrà illos, qui per adeptionem definiri malunt. Sed mihi cum Tr: reipſa non diſſidere hæc duo genera videntur, utrumque tandem ſignificat adquiſitionem dominii, per quam melius & magis propriè definiretur. *arg. §. fin. I. de uſu & habit. §. fin. I. per quas per. acq.*

In th. 3. lit. I. in f. in quæſtione de annuis præſtationibus vix ſibi conſtat; Hic equidem commendat Electorem Auguſtum, quod ſententiam affirmativam rectè confirmarit, & diſtinctionem inter contractus & legata rectè improbarit. Sed in additionibus ſeſe corrigit, & vel omninò negativam ſequitur; vel ſaltem diſtinctionem iſtam approbat. Hic ego lectorem ſuo ſenſu abundare permitto.

In th. 6. lit. c. verſ. completa verò uſucap: ipſe quicquid ibi diſputet, omninò tamen ille, qui perfecta jam uſucapione rem alienam eſſe reſcivit, altero & tutius & juſtius poſſidet, qui eâ adhuc currente; maximè ſi verum, quod Hunnius *q. 42. verſ. ratio autem:* dicit, rationem eam quod ita poſſeſſoris conſcientia vulneretur, non videri magni admodum eſſe ponderis, quia in cauſa uſucapionis non privatum, ſed publicum commodum conſideretur: Et ergò ſecundum Hunnium Magiſtratui, publici boni cauſa, conſcientiam privati vulnerare licebit.

Abſit.

DISPUTATIO 5.

Reſpondente

Dn., HENRICO Pletten VVeſtphalo LL. Studioſis.

In q. 1. verſ. quin etiam nec: ibi, à ſententia judicis app. non licet: dele, non: *In q. 21. verſ. nec huic obſtat*: ibi, petitio eſſet incerta, ſententia vero incerta: dele, unum in. *In q. 36. inf. ferè*, verſ: Sed quid dicendum: ibi retinuerit, lege reticuerit. *In q. 49. verſ. notandum autem primò*: ibi, quibus compepetit, non poſſit: lege, quibus competiit, nō proſit. *Diſp. 23. H.*

In q. 2. ipſe cum Tr: negat, quod ſententia interlocutoria regulariter retractari poſſit; ſed econtrà Bachovius *hic. th. 1. lit. e.* cum Dd: communiter illud affirmat. Mihi placet, judici neq; temerariè permittere, neque ſimpliciter prohibere, ut quod ſemel interlocutus eſt, retractare poſſit.

In d. q. 2. inf. dicit, hanc ſententiā, ſcilicet quod interlocutoria revocari haud poſſit, de JCivili veriſſimā eſſe; ſed contrarium *in q. ſeq. 22.* interlocutoriam, inquit, non poſſe tantum declarari, quin etiam in totum revocari; addita eâ ratione, quia per interlocutoriam non ſit finitum judicis officium, quam tamen in *hac q. 2.* refellit, & fallaciam cauſæ continere, reſpondit. Quæ Qualis Quanta conſtantia?

In q. 6. ipſe probat & ſequitur Mynſingerum; ſed hujus opinionem prorſus falſam & abſurdā eſſe exiſtimat Bachov: *hic. p. 430. pr.* ego contrà Hunniū ſic argumen-

S tor.

tor. Sentētia in genere revocari & reſcindi prohibetur; verba ſunt ipſius Hunnii *in q. praced. 2. arg. 3.* Atqui ſive hic ponas ipſum judicem ad conſilium peritorum ſententiam protuliſſe, ſive ipſos peritos tãquam judices eam concepiſſe, poſteaq; à vero judice promulgatam eſſe, utroq; caſu eſt ſententia. Et ergò ſtabit concluſio usq; dum hic caſus à jure exceptus oſtendatur.

In q. 13. Treutlero perſpicuam injuriam facit; hæc ſiquidẽ Tr: noſtri mens eſt: ut ſi arbitrorũ compromiſſariorum ſuffragia numero paria ſint, & ſentẽriæ diverſæ, neutra valeat, per *text. expr.* ad hoc pro ſe allegatum, *l. 17. §. 6. de rec. arbitr.* atq; id in arbitris ſpeciale ſit.

In ead: q. 13. inf. dicit quoad eũ caſum, quo duo ſaltem judices ſunt dati, & in duos tantum arbitros compromiſſum, nullam omninò inter delegatos & arbitros eſſe differentiam; Atquin, aſſumo ego, illo caſu quoad duos judices ſententia alterutra in pendenti eſt, donec à delegante confirmetur, *q. prac. 9.* Ergò & hoc quoad duos arbitros. Concluſio eſt expreſsè contrà *d. l. 17. §. 6. & c. fin. extrà de re jud.* cujus textus auctoritate ipſe Hunnius *d. q. 9.* utitur. Aſſumtio verò vera, ſecundum Hunnium. *d q. 9.* Ergo falſa propoſitio.

In th. 3. lit. c. pr. dicit, ſententiam, quam fert judex, non auditis probationibus, nullius momenti eſſe; ubi ſi iis verbis idem intelligit, quod eſſe ipſo jure nullam: haud dubiè errat, vide *Bach. in ead. th. 3. lit. c. pr.* ubi rectè cum Dd: contrà Tr; ſentit, omiſſas probationes nõ nullam, ſed iniquam tantùm facere ſententiam. Quamvis Hunnius ſententiam manifeſtè iniquam, putet eſſe ſimul nullam, *q. prac. 15. inf.*

In qq. 39. & 40. ego jure dicam defendamq; judicem

nun-

nunquam Syndicatum incidere, aut ſententiam Nullitatis vicio ſubdere, niſi communem opinionem ſtabili ratione ſubnixam, proprio ſomnio aut anili diſcurſu repudiare voluerit. §. *ſed neq;. de conc. digeſt.*

In q. 40. ſic diſtinguit: Communis opinio vel ratione juſta nititur, aut aperto juris textu fulcitur; vel nec ratione neq; textu: ut illo demum caſu contra eam pronuncians, ſuam litem faciat. Atquin prius diſtinctionis membrum *ad q. præced. 38.* pertinet. Poſterius verò ratione dubitandi caret, magisq; manifeſtus hic error, quàm communis opinio dicetur. Et præſertim aliàs ſi expreſſus juris textus non obſtat, eo ipſo quod opinio aliqua communis dicitur, rationem habere præſumitur, *arg. q. præc. 39. verſ. ego ſalvo.*

In th. 5. lit. b. pr. ſtatuit cum ipſis, qui ſententiam ex falſis inſtrumentis latam, ipſo jure nullam eſſe ſtatuunt; Aſt *vol. 1. diſp. 7. q. fin.* ſtatuit cum ipſis qui transactionem ex falſis inſtrum: celebratam, in integrum reſtituendam & reſcindendã eſſe ſtatuunt. Hinc argumentabor: Valet argumentum à transactione ad ſententiam, *l. 20. C. de transa.* Sed talis transactio ipſo jure ſubſiſtit. Hunnius *d. diſp. 7. q. fin.* Ergò talis quoq; ſentẽtia: quod tamen hoc loco negat. Vel è contrà, à ſententiã ad transactionem concludã. Talis ſententia ipſo jure nulla eſt. *Hunnius hic.* Ergo talis quoq; transactio: quod tamen *ſuprà. d. lo.* negat, ut proinde neceſſario alterutrum falſum ſit. Quin ipſe Hunnius *d. diſp. 7. q. fin. verſ.* poſtremò non faciunt: ſententiam quoq; per reſtitutionem reſcindendam eſſe ſtatuit, atq; ita ſibi contradicit.

B.

In th. 1. lit. a. Mihi non diſplicet Cujacius, qui in *c. 1.*

Digitized by Google

extrà, de re jud. inquit, ſententia eſt cauſa, res judicata effectus. Quod ergò Bachovius *hic. 416. pòſt m.* putat, ſtatim pòſt ſententiam rem judicatam dici, id falſè hactenus admitterem, ſi nihil quæratur aliud, quam an res judicata ſit; poſito namq; judicatum eſſe, fieri non poteſt, quin & res judicata detur: verum ſi ad effectum juris attendamus, quo per ſententiam lis ſopiri debuerat, tum demum rem judicatam dicemus, ſi 10. dies à ſententia citrà appellationem præterlapſi fuerint.

In th. 2. lit. a. in f. magis inclinat in ſententiam Waltheri, *& §. 1. l. de pœn. tem. litig.* aliter ac ille explicat; Ego verò putem ſimpliciter ſtatuendum eſſe, quaſi omne damnum, excepto tamen quod pro caſibus fortuitis habendum eſt, victori à victo reſarciendum ſit, quod quidem hujus culpa etiam leviſſima ipſi obvenit, *per d. §. 1.* ad quem non ſapit ejus explicatio, cum in lingua latina & germanica ſub voce damnum, Schaden / damnum emergens & lucrum ceſſans contineatur. *VVebner. pract. obſ. lit. S.*

In th. 3. lit. g. defendit nocte cauſam diſceptare licere, adeoq; ſententiam promulgari poſſe; ſed contrariũ communius obtinuit, vide *Sc. Gent. 2. de Jdict. 29. p. 317.* & verius eſt; unde noctem intempeſtam veteres ideò appellaſſe, quia tempus agendi nullum erat, Varro ſcribit. Et aliàs teſtimonium veritatis eſt, qui malè agit, odit lucem. *vide c. 24. de offic. deleg.* & vulgatum ſatis illud, Nox & amor, vinumq; nihil memorabile ſuadent.

In th. 4. lit. b. p. 458. in f. dicit Donellum non ſatis intellexiſſe Dd: ſententiam, vel eam per injuriam impugnaſſe; ſed ego, ſi tamen Dd: ſe ipſos intelligunt & ſatis explicant, quid ipſis intereſſe conventum ſit, didicī ex

Maſcar-

Maſtardo concl. 931. n. 4. & ſecundum illius explicationem, citrà injuriam, cum Donello talem intereſſe ſpeciem non agnoſcam. *arg. §. fin. I. de V. O.*

In ead. th. & lit. p. 459. in m. dicit, Donellum quoad intereſſe ſingulare magis offendere; Et ergò minus hic Donellus intellexit, quomodo Dd: intereſſe illud definiant. Me docuit *Sneidevv. in d. §. fin. n. 19. & ſeqq.* ubi dicit, aliud eſſe affectionis tantum, aliud affectionis cũ utilitate conjuncta; & in hac ſpecie affectionis rationem haberi Dd: volunt: Sed ego hoc negabo, per *l. 33. ad l. aquil. l. 63. ad l. Falcid.* & per conſequens eſſe aliquod affectionis intereſſe.

In ead: th. & lit. p. 460.. in f. dicit Tr: ineptiorem eſſe, dum ulterius infert, intereſſe non deberi ex æquitate. Sed ferè dixerim cum Jcto in *l. 82. §. 2. de leg. 2.* ſiquidẽ Tr: minimè negat intereſſe deberi ex æquitate, *arg. hujus th. & lit.* Sed ita loquitur, quod illud non procedat ex æquitate, tanquam cauſa intereſſe proxima, quod tamen allegatus pro diſſent: Ferret: voluit. Itaq; Tr: hoc dixit & ſtatuit: ob moram intereſſe rationem habendam eſſe, non ob æquitatem.

In ead. pag. inf. dicit omnes partes illationis Tr: vicioſas eſſe; quod mihi non videtur. Etenim Tr: à negato effectu, negat ipſam rem: hoc modo. In taxatione nulla haberi debet ſingularis affectionis ratio. *l. 33. ad l. aquil.* Ergò nullum eſt intereſſe tale. Et ulterius: In cõventionibus id, quod cauſa ejus quod intereſt, promittitur, jura nuncupant pœnam. *l. 38 §. 17. de V. O.* Ergò nullum eſt intereſſe tale; & per conſeq: intereſſe non eſt niſi unum &c.

In ead: th. 4. lit. f. verſ. refertur: imputat Tr: contra-

 dictio-

dictionem; ſed miror quare id faciat, cum Tr: videatur ex hypotheſi diſputare, quaſi, conceſſo Dd: triplex dari intereſſe, omninò tum, ad omne intereſſe conſtitutio *d. l. un.* referri oporteat, & per conſequens intereſſe, quod Dd: conventum vocant, duplũ excedere haud poſſit; ut interim ſecundũ ſuã & verã opinionẽ, qua intereſſe unũ eſt, pœnæ cõventionales illud excedere poſſint. *d. lit. b.*

In th. 5. lit. e. verſ. per eam dominiũ: Ego ipſi, quod & Hunnius *q. 47.* fecit, ſubſcribo, exiſtimoq; nullo in caſu judicẽ ſola ſua ſententia victorem dominũ conſtituere. Non quidẽ in actionibus realibus; rei namq; vindicatio non niſi domino datur, ut de iis fruſtrà hoc quæratur. Neq; etiam in perſonalibus; ſiquidem & in iſtis condemnatio fit in id quod ex certa cauſa debetur, ut ubiq; judex non tàm dominum faciat, quàm eſſe declaret.

Diſp. 24. H.

In q. 19. verſ. ſed quod: ibi, non tribuat dominium: dele, non. *In q. 20. verſ. non obſtat huic:* ibi, eos inæqualiter dominos fieri, qui inæqualem cauſam: dele unum In. *In q. 21. pr.* ibi, obæratio creditoris: lege, obærati debitoris. *In q. 34. verſ. ita tamen:* ibi, non commutetur in pecuniariam: lege, corporalem. & verſ. non reſiſtit: ibi, quia eſt in arbitrio: adde, non. *In q. 29. verſ. ſecundum autem emtorem:* ibi, actione publiciana: lege, pauliana. *In th. 5. lit. g. pr.* ibi, à præſidente: lege, poſſidente. *In q. 31. verſ. illud certum:* ibi, illi qui habet ſcripturam: adde, privatam.

In *th. 1. lit. d.* ipſe rectè cum vulgò Dd: duo decreta agnoſcit, quaſi ex contumacia perſeverante pòſt miſ-ſionem

Digitized by Google

ſionem ex primo decreto, interponatur ſecundum decretum, & ſic deinde ad diſtractionem bonorum veniatur. Tametſi quidam noviores diſtinguendum magis inter diverſas partes edicti, exiſtiment. Vide ſi placet *Hillig. D. E. 23. c. 11. lit. I.*

In q. 8. verſ. mihi ſententia hac Zaſii: dicit, nec ſanè rarum eſſe, Minorem 25. annis, eſſe deterioris conditionis majore; aſt putem ego, neq; adeò frequens eſſe, ſi tamen verè unquam eſt. Et aliàs maximè jura ætati favent. Itaq; potius dicerem cum Bach. *hic. th. 2. lit. c. verſ. & nimirum præſuppoſito:* Quamvis neq; *Gœdd. de ſequeſtr. c. 1. n. 74.* omninò diſpliceat.

In q. 10. in f. ſic ſtatuendum exiſtimat; eum qui ex reali actione miſſus eſt in bpoſſeſſionem, ex primo decreto lucrari fructus, per *l. 7. §. ult. quib. ex cauſ. in poß. eat.* ſed immò id falſum eſſe crediderim cum *Gœdd. de ſequeſt. c. 2. n. 9. & ſeqq.* qui optimè *d. l. 7. §. ult.* intelligit de ſecundo decreto, quippè cui cauſam dat nimia & perſeverans Rei contumacia, de hac *v. d. §. ult. ibi: per nimiam contumaciam:* loquitur. Quin & ipſe Hunnius in hujus *q. 10. verſ. fin:* ſecundo decreto dat hunc effectũ; & in *q. ſeq. 14.* ut probet ſecundũ decretũ in actione reali quoq; interponi advocat *d. §. ult. &c.* eaq; ingens oſcitantia, quomodo excuſari poſſit, ego non video.

In q. 15. ſupinè allegat *l. 7. §. 14. quib. ex cauſ. in poß. eat.* ſiquidem ibi expreſsè negatur, ſecundo decreto locum eſſe, ubi exceptione repelli poteſt creditor, ut pro contraria ſententia, quæ Tr: eſt, & quam *d. §. 14.* prorſus deſtruit, allegari non poſſit, non debeat.

In q. 20. inf. negat primùm, immiſſione in poſſeſſionẽ ex primo decreto pignus conſtitui; contrarium tamen affir-

affirmavit *q. præc. 12.* Affirmat poſteà, ex ſecundo decreto factam immiſſionem pignus conſtituere, ſed prætorium, non judiciale. Verùm ſuprà *diſp. 1. q. 17.* negavit pignus judiciale, à prætorio diverſum eſſe, ſed prætorium eſſe judiciale, & judiciale, prætorium.

In q. 22. negat indiſtinctè, eos, ſive fortunæ injuria, ſive culpa ſua coacti bonis cedant, infamiâ notari. Sed immò hos decoctores ceſſionis beneficium non habere, communiſſima Dd: ſententia eſt. *Bachov. hic. p. 549. pr.* illi verò hodiè cedere nõ tenentur. *Nov. 135.* ut adeò fruſtrà jam illud quæratur, atq; inſuper paradoxon hoc efficiatur; Jure noſtro Juſtin: ceſſionem bonorum ſublatam videri. *Vide Bach. d. p. 549. in m.* contradicente licet Hunnio *d. q. 22. ferè inf.*

In th. 4. lit. d. verſ. ſed quatenus, & quousq;: rectè diſſentit à Tr: quod etiam fecit Bach. *d. th. & lit.* Facio & ego, acceptoq; cum grano tamen ſalis, notabiliſſimum Bachovii paradoxon; Omnibus iis, qui citrà culpam ſuam ad inopiam redacti ſunt, beneficium competentiæ tributum eſſe; ac proinde operoſa incertaq; enumeratione perſonarum, quibus ſcilicet beneficium iſtud competat, opus amplius haud erit. *Vide Ummi: diſp. proc. ult. n. 27.*

In th. 4. lit. g. præcisè exigit ab eo cautionem fidejuſſoriam, qui bonis vult cedere; ſed reverà ita beneficium ceſſionis tollere videtur, cum nec quisquam, neq; facilè ipſe Hunnius, pro tali fidem ſit interpoſiturus. Et cum in quæſtione proponatur, bonis ceſſurum propter inopiam non poſſe fidejuſſorem dare, cur quaſi ad impoſſibilem cautionem miſerum debitorem obligat?

In d. lit. g. verſ. hæc tamen valdè ridicula eſt opinio: in-

epte

eptè deridet illos, qui hunc debitorem ſub hypotheca omnium bonorum, volunt cavere; Nimirum illi ad futura bona, & eventum quo debitor ad pinguiorem fortunam pervenerit, reſpiciunt.

In q.36. verſ. ego huic ſententiæ: dicit ſe cogi ſententiæ affirmativæ ſubſcribere, propter textum *l. ult.* §.*6.C. de Jdelib.* attamen ad iſtum textum aliquo modo reſpõdet Bach. *hic.p.597. poſt. m.* & concludit ſententiam negantem & æquiorem & de jure veriorem eſſe. Eat lector ad quem velit. Mihi placet cum Bach. defendere negativam.

In q.47. ipſe cum Tr: mulierem, ei, qui in funus faciendum credidit, omninò præfert; Sed ego cum *Bach. hic.p.612.inf. & p.626.in m.* hunc creditorem præferrem; quod nemo, inquit ille, propitiis auribus audiat Mulierem, quæ maritum potius inſepultum relinqui, quàm aliquid de dote ſua diminui, velit.

In q.48. dicit eam diligenti conſideratione digniſſimã eſſe; quæ tamen facili negocio reſolvi poteſt. Etenim vel ipſa res depoſita adhuc extat, vel conſumpta eſt; hoc quidem caſu verum eſt, Mulierem præferri; ſed illo, deponens jure dominii omnibus præfertur. Quibus in terminis ſi ipſe diſputat, omninò errat, & ex ſe ipſo refelli poteſt, *arg q. ſeq.55. verſ. quocircà:* Facit quod Juſtinianus ſuâ conſtitutione alteri dominium auferre non velit, neq; poſſit. Et aliud eſt credere, aliud deponere, inquit *l.24.* §.*2.de reb. auth. jud. poſſid.*

In th.2. lit.b. verſ. hodiè verò: Ipſi non improbabilis videtur opinio Cujacii; Nimirum Juſtin; non quidem mutaſſe jus miſſionis in univerſa bona; ſed diſtractioni **B.**

T mo-

modum præfinuiſſe; ſi tamen hæc Cujacii opinio eſt: Equidem eadem quoq; eſt *Vulteij diſc. Schol. 10. in f.* & hic tamen à Cujacio ſe recedere profitetur. Sanè Cujacius *in N. 53.* ita olim vendi univerſa docet, ut nec quod ſupereſt, redderetur debitori. Unde mihi fit veriſimile, ipſum exiſtimare venditionem quidem univerſorum adhuc permiſſam eſſe, eâq; facta tamen creditores non niſi portionem pro rata debiti ferre. Et hactenus Jus novum eſſe; atq; in eo, niſi fallor, à Cujacio Vultejus voluit recedere.

In th. 3. lit. f. in f. textum expreſſum Tr: opponit, ad quem quid ſolidè pro ipſo reſponderi poſſit, nõ video: Sed & Hunnius *hic q. 17.* Treutlero opponit, ut è re ſit, veritatem agnoſcere, hisq; Doctoribus ſubſcribere.

In th. 5. lit. a. p. 568. in f. pro Donello ita concludit: Qui habent pignus, habent quoq; actionem hypothecariam. Per immiſſionẽ accipimus pignus, Ergo &c. Jam ulterius, addo ego. Qui habent actionem hypothecariam, iis actione Pauliana non ſuccurritur. Id quod *Ant. Fab. 20. conj. 16.* adſtruere, & operoſius firmare nititur *Schieferdeck. lib. 1. tr. 8. q. 1. 2. 3.* Qui habent pignus, habent actionem hypothec: Ergò qui habent pignus iis Paulianâ non ſuccurr: & conſequenter cum §. *6. I. de act.* de miſſione in poſſeſſionem, atq; ita pignore prætorio loquatur, non de act: Pauliana, ſed hypothecaria interpretari debet.

In th. 6. lit. b. in f. ei cõtrà Ant: Fabr: adſentior; quippe major ratio eſt pro altero cognato, ut potior ſit, qui duplici, quàm qui una cauſa nititur: Et dandum hic aliquid affectioni cognatorũ, movemur enim neſcio quo pacto locis ipſis, in quibus eorum quos diligimus, ad-

ſunt

ſunt veſtigia. Confer *Gotofr. ad l. 22. C. de admin. tut.*

In th. 6. lit. C. creditorum concurſum in univerſum eleganter diſtinguit, & in ſubſeqq: ſatis perſpicuè pertractat, ut jure ſuo à Lectore aſſenſum mereatur. Quare qui Jus de prioritate creditorum, de qua lites in Curiis Germaniæ tàm familiares ſunt, quàm obſonium in prandio, ait ille, auet ſcire, ipſum adeat; licet non diffiteat, quædam ipſiùs limitanda eſſe, de quibus monebo in ipſa συζήτησι.

Diſp. 25. H.

In q. 1. verſ. ſed ratio tanti: ibi, quoad interdicta: dele, interdicta. *In q. 3. verſ. ſic etiam interdictum:* ibi, & quidem quod perpetuum ſit, & poſt: hæc dele. & verſ. ad 2. argumentum: ibi, ſed ita ut actionis habeat eff: adde, realis. *In q. 4. pr. ibi*, annum quandocunq;: adde, & quod poſt annum &c. *In q. 24. verſ. quia res hæc:* ibi, expediri nō poſſunt: dele, non. *In q. 33. verſ. cæterum Angelus:* ibi, pro mercede perſonis: lege, penſionis. *In q. 63. pr.* ibi, ſi defuncto Feudali: lege, de fundo.

I*n q. 6.* Fabri meditata ad *L. 2. §. ult. de interd.* commendat ab elegantia: Quæ quidē & Bachovio quoq; rectè dici videntur, ſed hæc benè applicari ad verba Pauli *in d. l. 2.* §. *ult.* niſi ea truncata dixeris, non patitur ſibi perſuaderi. Quod tamen facilè ſibi Collegæ mei perſuadere patientur.

In q. 13. in f. dicit nec quēquàm eſſe, qui dubitet, quin detur directa actio in rem contrà illum, qui dolo deſiit poſſidere: Sed immò, bone Lector, ipſe Tr: eſt, non qui dubitet modo, ſed qui planè directam denegar,

Digitized by Google

dans tamen utilem. *vol. 1. diſp. 15. th. 5.* Treutlerum & ipſe Hunnius *ibidem q. 16.* ſecutus fuit, & hoc jam antè in eod. *vol. 1. diſp. prac. 14. q. 19. inf.* apertè comprobárat; ut mirari liceat, quod ita parùm attenderit Hunnius, ad ea, quæ in prioribus, ſcripſit.

In q. 21. inf. obſervandum dicit, quod remedium immiſſionis *in l. fin. C. de ed. D. Hadr. toll.* iis demum, qui ex teſtamento perfecto oſtendere poſſunt, ſe heredes eſſe, competat deturq; ; Atquin ita nec in teſtamentis imperfectis privilegiatis, veluti patris inter liberos, hoc remedium locum haberet. Quod tamen abſurdum & magis falſum eſt.

In q. 25. verſ. equidem caſus: dicit rationem nullam eſſe, cur contrà legatarium heredi interdictum quorum bonor: dari debeat, caſu quo ipſe extrà legata integram habere poſſit Falcidiam: Sed immò aliqua & hæc *eſt*, quod adhuc intereſſe poſſit heredis hanc vel illam partem potius retinere; vel etiam legatariorum aliorum, ſiquidem Falcidia de ſingulis rebus detrahi poſſit & debeat. Vide ipſum *Hunn. ſuprà diſp. 14. q. 10.*

In q. 28. affirmat heredem quoq; habere interdictum quor: bonor: contrà eum legatarium, apud quem ex facto ipſius defuncti, atq; ita ſine vicio res legata extat. Sed hic peccat. 1. quod non diſtinguat juxtà *q. praced. 25.* an heres extrà hanc rem, ſuam falcidiam integram habere poſſet; an minus. Et tamen. 2: nec illo nec hoc caſu affirmari id poteſt; quia quoad illũ intereſſe heredis ceſſat, de quo notavi *ad q. praced.* quoad hunc autem ceſſat quidem ipſum interdictum per *l. 1. §. 5. quod legator:* ſed vindicatio portionis heredi datur, per *d. l. 1. §. 5.* atq; id tantum *l. lineam. ad l. Falcid.* probat, proutquoq;

cam

eam ſuprà *diſp. 14. th. 4. in f. verſ. ſed ab hac opin:* ita allegavit, ac proindè, 3. falsò hic dixit, eam clarè & perſpicuè probare, ſcilicet interdictum hoc caſu dari.

Quæ Hunnius, ſecutus Treutlerum, proponit, 1. *In q. 29.* verſ. ſed contrariam ſententiam: 2. *In q. 35.* verſ. at Fr: Balduin. 3. *In q. 44.* verſ. nam diverſa eſt ratio. & 4. *In d. q. 44.* in f. verſ. de Colono: Ea ſingula redargui poſſunt ex Bachovio hic. 1. p. 667. in pr. 2. p. 669. in f. 3. p. 678. in m. & 4. p. eadem. 678. in f.

In q. 44. in f. verſ. de Colono: Illud concoquere non poſſum, quod Creditori ex hac ratione negat interdictū uti poſſidetis dari, quia nudus ſit detentor; ſiquidem id omnium judicio falſiſſimum eſt. Et certè habet creditor ex ſententiâ etiam Hunnii *diſp. præced. 21. q. 29.* naturalem poſſeſſionem, quam ipſe definivit *d. diſp. 21. q. 9.* qua quis poſſidet animo & affectione rem ſibi habendi &c. Sed qui naturalem & talem poſſeſſ. habet, ei datur interdictum, & quod magis eſt, etiam directum; quomodo ipſe Hunnius *in q. ſeq. 61. verſ. quia fructuarius ex veriore:* ex naturali poſſeſſ. ad interdictum directum, concludit. Deſino plura!

In q. 55. verſ. ad 2. argumentum reſp: non rectè dicit, quod ad præſcriptionem requiratur titulus, ſe alibi demonſtraſſe; quoniam hoc ipſum, pagina & quæſtione præcedente ex *vol. 1. diſp. 17. q. 27.* totidem verbis repoſuerat. Sed hoc leve eſt, quorū tamen multa occurrunt.

In q. 67. hoc quoq; monendum erat; quæri & affirmari hoc, de eo ſolum bf poſſeſſore, qui ignorans ab ipſo dejectore, rem ex juſta cauſa acceperit; non etiam eo, qui eam abs quovis alio poſſeſſore tertio, bf & cum titulo habeat. Ratio differentiæ, quia hoc caſu vicium, quod ipſa res cōtraxit, aliqualiter purgatū ſit.

In

B. *In th. 1. lit. b. p. 631. in m.* rectè videtur interdictorum uſum modumq; expoſuiſſe; Et ſane extraordinario remedio opus erat, deficientibus ſiquidem directis actionibus, niſi Prætor ſuccurriſſet, ſæpius quis cõmodo poſſeſſionis, & per hoc reipſa, facto culpaq; alterius privatus fuiſſet, vel ad arma deventum eſſet. V. G. Sejum vi dejecit Titius, S. cauſam dominii probare nequit, & tamen pro nudâ poſſeſſione recuperandâ, ex eo ſolũ quod dejectus eſſet, in rem agere non poterat: neq; etiam ei in perſonam actio ſuppetebat; quippè nullũ inter ipſum & dejicientem negocium contractum fuit. T. quidem dejiciendo deliquit, ſed delicto iſto ſe obligavit ad pœnam tantum; Et ergò maluit Prætor utilem in factum actionẽ accommodare; Quare quid anteà fieri juſſit aut prohibuit, cui qui non obtemperaſſet, iſtâ actione teneretur. Ea formula qua id jubebat aut prohibebat, interdictum dicebatur. Itaq; hoc caſu itur ad Prætorẽ. Prætor inter hos duos T. & S. de poſſeſſione jubebat, cui ſi partes non parerent, Prætor ex cauſa interdicti actionem dabat. V. C. ſi patet Sejum à Titio de poſſeſſione dejectum, judex eam reſtitui condemna. Quomodo ſimile quid habere videntur interdicta, & actiones quæ ex cauſa eorum dantur, cum actionibus arbitrariis: ut interim non diffitear, quandoq; etiam, rarò tamen, ipſum Prætorem rectà juſſum ſuum extrà ordinem, non redditâ actione, exſecutum fuiſſe. V. *Bach. hic. p. 631.*

In th. 3. lit. d. hoc addi cupio. Hæc eſt Tr: propoſitio. Qui alieno nomine poſſident, non habent interdicta retinendæ, uti poſſidetis & utrubi. Quæ mihi ſuſpecta, quin magis falſa videtur; argumento Precarii, uſufructuarii &c. qui rem quidem pro alieno, & alieno nomine

poſſi-

poſſident, attamen interdicunt. Facit, quod ex qualibet poſſeſſione, juſta ſive injuſta, dentur hæc interdicta. *l. 2. ff. uti poſſid.* ſed quæ pro alieno ſunt poſſeſſiones, etiã juſtæ ſunt poſſeſſiones. Ergò &c.

In th. 4. lit. a. verſ. ut Emphyteuta: Hæc eſt propoſitio Bachovii: Penes quem eſt naturalis poſſeſſio, ipſi interdictum poſſeſſorium, & quidem directum, dandum eſt. Penès Emphyteutam, Vaſallum, fructuarium, &c. naturalis poſſeſſio eſt. Ergò &c. Conſequentia fundatur in *l. 1. §. 9. de vi arm.* Video Hunnium hoc argumentum ſibi objeciſſe in *q. 44. verſ. certum eſt quod uſufructuario:* ſed quid reſponderit, ego non video.

In th. 4. lit. b. verſ. illud omnibus: benè contrà Tr: diſputat, negantem pro Servitutibus diſcontinuis dari interdictum uti poſſid: contrà quam ſententiam ego oppono textum expreſſum *in L. 8. §. 5. inf. ſi ſerv. vind.* ubi ſervitus illa, ut quis fumum immittat, petitur hoc interdicto; Ea verò diſcontinua ſervitus eſt.

Diſp. 26. H.

In th. 1. lit. d. pr. ibi perpetuæ, &, temporales: lege, peremtoriæ, &, dilatoriæ. *In q. 6. verſ. excipit noſter Tr:* ibi, exceptio loci tuti: adde, non. *In q. 8. verſ. quod autem in ead:* ibi, ſi intenſi, lege, indefenſi. *In q. 13. verſ. inſuper probatur:* ibi. ff. quod met. cauſ. lege, ff. de except. doli. *In q. 16. verſ. nec huic obſtat:* ibi, cõtractuum nominatorum: lege, innominatorũ. *In th. 7. in f. ferè. verſ. idem dicendum etiam:* ibi, ut eſt exceptio parum tuti: adde, loci.

I*n q. 3. verſ.* veruntamen hoc argumentũ: dicit actiones habere ſuam formam à Jcivili; & ergò ab eodem quoq;

quoq; originem; ubi ſi intelligit formam eſſentialem, hoc quod falſiſſimū erit, ſequetur, apud alias gentes nullas fuiſſe actiones; vide ipſum Hunniū in hac q. verſ. ad 5. reſpondeo. Itaq; intelligit externam & accidentalem, & falſa eſt conſequ; vide Bach. *hic. p. 718. & ſeqq.*

In q. 4. in f. dicit plusquàm abſurdam exceptionem eſſe, quam Dd: intentionis appellant; & ſubjicit, valde quoq; abſurdum eſſe contrà eum excipere, qui ipſo jure actionem non habet: Sed vide *Hillig. D. E. 22. c. 1. lit. d.* ubi in fine hoc addit; ſæpè fieri ut exceptio opponatur actioni, quæ nec ipſo jure conſiſtat.

In q. 10. negat definitionem Actionis Præjudiciis cōpetere; & ergò neq; definitum: unde concludit, præjudicia, nec reales nec perſonales actiones eſſe. per *l. 37. de O. & A.* Sed immò cum anteceſſor ejus *Gotofr. Anton: diſp. antiv. 3.* ſolidiſſimè oſtenderit, præjudicia in rem actiones eſſe, conſequitur eadem ſimpliciter actiones dici poſſe & debere. *vide cap. 3.*

In q. 13. dicit, magno errore lapſum eſſe Zangerum eum verò ſequitur Bachov. *hic. p. 754. pr.* quāvis videri poſſit, planè errorē iſtum non eſſe, aut ſanè leviſſimum.

In th. 7. in pr. verſ. & cum actori: ſic loquitur; Quod conceditur actori, reo denegari non debet. Sed illi conceditur plures actiones cumulare. Ergò & huic plures defenſiones cumulatim in judicium deducere; ubi cautelâ opus eſt, quoniam ita tacitè includi videtur, actori idem quoq; licere, qui tamen ubi plures ſunt actiones, unâ tantum experiri, unamq; in judicium deducere, debet *l. 43. de R. I.*

In q. 22. verſ. cæterùm de exceptionib. dicit exceptiones dilatorias etiam pòſt litem conteſtatam opponi poſſe; &

[illegible] & tamen ſi [illegible], de iſtis [illegible]
[illegible]

In th. pn. inf. confundit cum communiter Dd: re-plicas noſtri hodierni fori & triplicationes fori Romani. Vide *Hilliger. D. E. 22. c. 10. lit. d.*

In t. 1. lit. d. inf. dixerim ego cum ipſo, definitionem *l. 2. de except.* dilatoriis exceptionibus convenire, nam & illæ ad tempus, dum ſunt & durant, actionem excludunt; ubi autem finitæ perierunt, non mirum eſt, quod non excludant, cum nec ſint amplius. *Lopez. animad. c. 28. n. 5.* Quin eadem ratione, declinatoriis quoq;, definitionem *d. l. 2.* rectè tribuerim, nam licet directò judicem, aſt & obliquè actoris intentionem excludunt. *Gotofr. ad d. l. 2. §. 2. de except.* 8.

In th. 7. lit. a. communiter cum Dd: reum contrariis exceptionibus uti poſſe, docet; neque enim quicquam vetare, quo minus reus contractum negare, & de metu dolove excipere queat: Quemadm: ſi actor librum commodatum repetat, reum eum reſtituiſſe vel præſcripſiſſe excipere poſſe, contendit. Sed nolim in hoc rigidius agere cum Dd: noſtris, ſaltem moneo, ne cui incauto imponat nimis generale illud noſtrorum dogma; Ego ſanctitati judiciorum convenire puto, ut ne unquam, ſive conjuncta, ſive disjuncta oratione prolatæ verè contrariæ defenſiones, cujusquam audiantur, quoniam eas proferens nunquàm facilè ita ſine mendacii labe. arg. *N. 18. c. 10.*

In d. th. 7. lit. a. p. 766. in m. dicit has duas aſſertiones: nego me teneri & ſolvi: ſibi non contradicere; quod quidem verum eſt. Sed quid ſi ita excipiatur? nego me

 tibi

tibi quidquàm debere, & præterea dico me [illegible] hæ quidem propoſitiones ſimul ſtare poſſunt [illegible] nim & qui nihil debuit, naturaliter & de facto [illegible] indebitum. Verum in iſtis modo relatis, neceſſe [illegible] teram eſſe falſam, ſiquidem contradictionis [illegible] quam admittet, ut & commodatum non fuiſſe & [illegible] de receptũ vel præſcriptum, ut & contractũ nõ fuiſſe [illegible] & metus dolusvè contractui cauſam dederit, &c.

In d. th. 7. lit. d mavult cum Donello, emendato textu *l. 19. C. de probat.* pro dilatoriam, legere, peremptoriam. Sed cum deſperatis duntaxat locis extremũ iſtud emendationum quaſi cauteriorum remedium adhibendũ ſit, malim ego cũ ejus enucleatore *22. c. 9. lit. ee.* & vulgo de dilatoriis rei aut cauſæ *d. l. 19.* exaudire.

In d. th. 7. lit. e. p. 777. pr. primam regulam conſtituit: Poſt ſententiam exceptionem opponi non poſſe, [illegible] demum ſæpius limitat, exque tot limitationibus alteram regulam efficit: quod ubicunq; actione propria proſpectum eſt reo, toties etiam exceptio objici poſſit ſententiæ, & hujus impediri executio, *p. 776. inf.* Scilicet varii ſunt Dd: noſtri, & variis caſibus, exceptionibus pòſt ſententiã & in exſecutione judicati, locũ tribuunt, de quibus lectorem remitto ad *Hillig. D. E. 22. c. 8. lit.* [illegible] & ad auctores ab ĩpſo allegatos.

In th. 8. lit. c. ſtatuitur hæc regula: Exceptiones peremptoriæ licet initio propoſitæ, poſt litis cõteſtationẽ demũ diſcutiuntur & cognoſcuntur. Vide *Mynſing.* [illegible] Iſtius plures ſtatuuntur limitationes, & præcipua, niſi ſint exceptionis litis finitæ, quæ antè conteſtationẽ litis oppoſitæ, ingreſſũ litis impediunt: veluti propriè ſunt, Transactionis, rei judicatæ, & jurisjurandi: affines vero

iis,

jit, præceptionis pacti de non petendo [illegible] [illegible] ties. De quibus lectorem remitto ad eundem [illegible] *[illegible] c. 5. lit. s.* & ad autores ab eodem laudatos.

Diſp. 37. II.

In th. 4. pr. verſ: quædam res dividuæ ſunt natura, ſed ſolutione dividuæ: ubi, IN, debes addere. *In q. 38. in f. verſ. etſi autem*: ibi, ut particulatim pecunia redderetur: adde, non.

In *th. 1. pr.* dicit parum referre, unde nomen ſtipulationis deſcendat, otioſis itaq; hominibus id inquirendum eſſe; ſed immò, ſine nominis explicatione velle rem cognoſcere, nihil aliud eſt, quàm tempus perdere, ait Keckerman: aliàs ſæpè ab Hunnio laudatus; *in log. lib. 1. ſect. 2. c. 1.* unde JCtos veteres, origines verborum adeò diligenter inveſtigaſſe videmus, ut Ulpianus non rarò tres aut 4. unius vocabuli attulerit etymologias. *Sc. gent. lib. ſing. originum. Vide Petr. Fabr. 2. ſem. 2.*

In q. 4. approbat Coraſium negantem, ſtipulationem etiam neceſſitatis cauſa inventam eſſe; qui tamen riſu dignus, ejusq; ratio riſu digna videtur Bachovio *hic. th. 1. lit. d.*

In qq. 20. 21. 22. ego contrà ipſum & Tr: ſic exiſtimo. Sive uni heredi ſoli non adjecta ſua perſona quis ſtipulatus ſit, ſive adjecta perſona ſua, diſtinguendum eſſe inter obligationes dandi & faciendi: ut Illo caſu obligatio omnibus acquiratur, licet in unius perſonam fuerit cõcepta. *l. 137. §. fin. de V. O.* Vide benè Bachov. *vol. 1. diſp. 6. th. 6. lit. f.* poſſit tamen uni heredum exceptio adquiri. *l. 33. de pact.* ut adeò Hunnius eam malè ad *d. q. 20.* alleget applicetq;.

Ex conjunctione *q. 35. in f. verſ. poſtremò etſi uſus-fr.* *& q. ſeq. 36. verſ. omne factum eſt individuum*, appa-ret ab Hunnio verba: *Dividui & Individui*: ambiguè & confusè uſurpata eſſe; quoniam facta naturâ ſuâ & in ſe conſiderata ſunt indiviſibilia; dicuntur tamen dividua applicatione ad rem, quæ dividua eſt, & pro partibus præſtari poteſt & fieri; quæ ipſius quoque ſententia eſt, *arg. d. verſ. poſtremò etſi uſusfr.*

Quæſtio 53. & quæ proximè ſine marginali numero præcedit, difficiles ſunt: Equidem Bachov: *hic. p. 876. & ſeqq.* variis in medium allatis conciliandi rationibus, iisq; confutatis, tandem ingenuè fatetur, pugnam *l. 31. de novat. cum l. 27. pr. de pact.* niſi ineptè tollatur, tolli non poſſe: Hoc autem *p. 878.* veriſſimum putat, quod correus credendi paciſcendo nocere haud poſſit, *d. l. 27.* Sed Hunnius fortiter huic opponit. Si correus acceptum ferendo alteri præjudicat: Ergò quoq; paciſcendo poſ-ſit. Dedit tamen manifeſtam differentiæ rationem Ba-chov. *d. p. 878. in m.* quia pactum utiq; infirmius eſſe videatur, quàm ut obligat: Civilem conſumere poſſit: ut adeò malè Hunnius hic rationem ſuæ conſeq. inde deſumpſerit, quod cum correus poſſi debitorem ipſo ju-re liberare, magis poſſit cum eodem paciſci de non pe-tendo. Neſcio tamen qua ratione mihi magis arride-at Hunnii ſententia.

In q. 57. defendit correum debendi paciſcendo ne petatur, non prodeſſe alteri correo: ubi judicium ipſius deſidero. Etenim cum *in quæſt. præced. 53.* defendiſſet, pactum unius rei credendi nocere alteri ne peteret; ne-ceſſariò hic defendendum fuerat, ita quoq; pactum u-nius rei debendi, prodeſſe alteri, ne ab ipſo petatur. Quomodo rectius Bach. *hic. p. 885. in f. illo negato, ne-gavit & hoc.*

In

In ead. q. 57. verſ. primò enim regula eſt ſervi [illegible] correi, qui pactus ita eſt, nihil omnino [illegible] exceptionem dari correo: Sed immò quamplurimum intereſerit, ſi vera illorum eſt ſententia, quod, ſicuti ex duobus correis credendi, qui ſolidum acceperit, alteri communicare teneatur; ita ex duobus correis debendi, qui ſolidum ſolverit, ab altero partem repetere poſſit: Quia ut illi in lucrum commune, ita & hi in damnum conſenſerint; de qua *vide Bacbov. hic. p. 875. & p. 886.* ego inter diſputandum me & ſententiam eam explicabo.

In th. 1. lit. a. verſ. ſemper ſtipulatio: ipſe cum cõmuni ſchola tradit & probat, ſtipulationem non eſſe firmã, niſi obligatio aliqua ſubſit & præceſſerit; & abundè cõtrariis ſatisfacit. Invenio tamen neotericum quendam hocce præterea opponere; Stipulationem uſurarum in ſtrictis judiciis nullam prorſus ſubſtratam habere obligationem, ne naturalem quidem; & tamen eam jure omni ſubſiſtere. De quo quid habendum, facilè ex notatis Bachovii judicari poteſt. *B.*

In d. th. 1. lit. h. rectè errare exiſtimat VValtherum *1. miſc. 21.* volentem temporis intervallo nec brevi nec longo ſtipulationẽ viciari; inquit quidem ipſe, quod ita potius validior ſit obligatio, reſponſionem namque ex intervallo factam, magis deliberatam, fortius adſtringere. Sed benè regerit *Gödd. de contr. ſtip. c. 4. cõcl. 2. decl. 1.* ubi & alia circà hanc rem expedit.

In d. th. 1. lit. ſeq. i. contrà Tr: ſic argumentatur: Quæ obligatio tollitur per acceptilationem, ea contrahitur verbis; ſed obligatio quæ ex jurejurãdo liberti naſcitur, ita tollitur. Ergò ita quoq; contrahitur. Nõ deeſt quod ad hoc reſponderi poſſit. Scilicet ita tolli operarum obligationem, ſi prius per Aquilianam ſtipulationẽ

 nova-

novata fuerit. *l. 4. de transa.* ut nihil obſtet, quo... de hoc caſu exaudiamus *Legem 13. de acceptil.*

Diſp. 28. H. *In q. 17. pr.* ibi, fidejuſſor ab uxore ſpontè mari... lege, à marito. *In q. 19. verſ. hinc itaq. monet:* ... & hanc ipſam poteſtatem: lege proteſtatione... *In th. 6. verſ. ceterum illud:* ibi, ſed jurata 100: le- ge, ſua rata.

In q. 22, verſ. & quidem non levis: dicit quidem tale... eſſe objectionem, quæ etiam peritiſſimos JCtos in di- verſas ſententias diſtraxerit; ſed neque tamen diverſæ ſententiæ dantur, neq; objectionis aliquod momentum eſt: Sanè fidejuſſio & contrahendæ obligationi ſæpè ac- cedit, ac ita principalem præcedit; ſed tunc vires acci- cipit non ex tempore ſtipulat: interpoſitæ, verum tr... hitur ad tempus obligat: principalis. *l. 57. de fidejuſſ.* ... facilis objectio & reſponſio eſt.

In q. 32. verſ veruntamen: dicit à ſua ſententia diſce- dere Heringium; diſcederem & ego. V. G. Dn. Hunni- us pro 100, cũ uſuris fidejuſſit ad annum; exacto anno, fidejuſſor non adcedit, ſed illa 100, putà tacitè, credita relinquuntur apud principalem. Hic nihilominus dice- rem, Dn. Hunnium etiam exacto anno, ad ſortem tene- ri. Quia non eſt facta hoc caſu novatio, neq; alia ulla obligationis ſolutio.

In d. q. 32. inf. verſ. cum porrò: ibi toto triennio inter- pellatus nõ fuiſſet; ponit, pro intra tres menſes. Ita qui- dem loquitur quoq; *Tr: th. 4. inf.* ſed Tr: excuſat Bach. ibidem, quod errore typographi ſcriptũ ſit triennium; neſcio tamen an Hunnium ſic excuſare poſſim.

In q 36. ſtatuit cũ Hering. fidejuſſorem qui ſe ut prin- cipalis obligaverit, als ein ſelbſt ſchuldener/ excuſſion...

remedium non poſſe, [illegible]
Hæning [illegible]
tamen à Bachov. *hic. p.* [illegible] *& ſeqq.* [illegible]
tur, reſolvunturq́; , qui ſane contrarium [illegible]
nat ex textu *l. 3. C. de fidejuſſ.* tandemq́; [illegible]
ſcriptum eſſe concludit. Cui quod reſpondeam [illegible]
non habeo, quam quod alibi JCtus; etſi ita jus [illegible]
ſit in *d. l. 3.* tamen alio jure nos uti.

In q. 44. dicit, quod fidejuſſor pòſt ſolutionem non poſſit petere, ut ſibi cedantur actiones, ratione addita; quia ſolutione facta actiones exſtinguantur. Sed opponit ſibi *l. 36. de fidejuſſ.* & reſpondet, ibi JCtum loqui de creditore ſponte cedente actiones. Quæ reſponſio falſa eſt, ſi vera præmiſſa ratio, actiones extinctas eſſe. Et ergo creditor, ut maximè velit, eas reſuſcitare & cedere non poterit.

In q. fin. peſſimè confundit diſtinctas quæſtiones: an fidejuſſor ad tempus datus, eo lapſo, obligatus maneat? & an prorogatio termini liberet fidejuſſorem? De quibus ego ſic exiſtimo. Et quidem de priori: Poſt deſtinatum tempus non obligari fidejuſſorem in futurum, id eſt ex nova obligatione; obligatum tamen manere in præteritum, id eſt reſpectu obligationis ejus, pro quâ intervenerat per *l. 7. C. de locat.* Sed Hunnius hic: verſ: veruntamen hæc reſponſio: jurat profectò ſequi, ſi fidejuſſor in futurum non obligetur, quod nec in præteritũ, ſive in id, pro quo prius fidejuſſerat, obligatus ſit. Sed falſo, per *d. l. 7. ibi: non oportere te de poſterioris temp. peric. adſtringi.* Ergo à contrario ſenſu maximè prioris temporis periculo adſtringitur: quod argumentum validè procedit, ſi Leges non contrarienter, ut hic.

De

De poſteriori verò; Communiſſima eſt quidem diſtinctio: Aut ſimpliciter fidejuſſor ſine temporis adjectione interceſſit, & tum datâ prorogatione termini ſolutionis non liberatur; aut ad certum tantum tempus, & prorſus liberatur. Attamen mihi idem de fidejusſione determinatâ tempore, reſpondendum videtur, quod de indeterminatâ: nā quæ ratio in hac, eadē etiam in illa locū habere poteſt & debet. Scilicet quod prorogatio intelligatur fieri cum omnibus ſuis acceſſoriis & qualitatibus. Sed obſtat primo diſtinctionis membro, quod in præcedi: dixi, fidejuſſorem factâ obligationis prorogatione, ſive, ut rectius, renovatione, liberari. Ergò quoq; datâ ſolutionis prorogatione liberandum eſſe: Obſtat verò alteri; quo dixi ibidem, fidejuſſorem tempore elapſo liberari ſaltem in futurum, hic verò eum iterū obligari, concludam. Sed reſpondeo: diſtinguendam eſſe prorogationem ſolutionis, & renovationem contractus. Hæc ex alio, illa verò ex eodem, & primo contractu principali, deſcendit: unde quidem in hac, non etiam in illa, in futurum fidejuſſor obligatur; ex quo vel ſolo patet, haſce qq. omninò diſtinctas eſſe. Aliter hæc conſiderat, in effectu tamen idem ſentit, Bachov. *hic. th. fin. inf.*

B. Tametſi habeam, quæ ad Bachovium hic annotare poſſem; reſervabo nihilominus hæc & alia ad diſputandū: Interim profiteor mihi animadverſiones ejus maximè in locis ſeqq: probari; p. 891. in m. p. 920. in m. p. 937. in m. p. 942. in m. & deniqúe p. 974. in m.

DISPUTATIO 6.

Reſpondente

DN. BALTHASARE Knodt/ VVeſtph.
LL. Studioſiſs.

Diſp: 28. H.

In q. 3. verſ. non obſtant illi textus: ibi, de uno exigentem: lege, denuo. *In q. 8. verſ. quamdiu autem hæc:* ibi, tribuatur creditori: lege, debitori. *In q. 13. verſ. nec huic ſententiæ:* ibi, quod commendato: lege, cum mandato. *In q. 14. verſ. acceptilatio porrò duplex:* adde, vel ſimplex.

In *q. 9.* dat creditori quoq; æquè liberam electionem; & rectè: vel enim ei prorſus nulla, vel libera, danda fuit; ſiquidem abſurdum videtur, electionem tribuere creditori, ut tamen neceſſitetur imputare in cauſam duriorem. Bach. *hic. th. 3. lit. c. verſ. cum quis.* Licet hoc abſurdum non ſit, quibusdam V. G. damnatis, facultatem teſtandi tribuere, attamen non liberam. Vide ſuprà *diſp. 10. th. 2. lit. H.*

In q. 18. negat contrà Tr: hodiè novationem etiam pacto nudo fieri poſſe; quia olim ea non niſi ſtipulatione fieri potuerit, & ergò neq; aliter hodiè poſſit, quoniam hoc mutatum non ſit. Sed immò cum hodiè pactorum & ſtipulationum jura ſint confuſa, & utriusq; & pacti & ſtipulationis ſit idem effectus, dicente ipſo Hunnio *diſp. præc 28. th. 2. q. 9.* dici poſſet, etiam hoc mutatum eſſe, & per conſequens, pacto, ſi non ipſo jure,

X tamen

tamen per exceptionem, priorem obligationem poſſe tolli.

In q. 21. ipſe cum Tr: defendit, quod hodiè omnimodo requiratur, ut partes animum novandi verbis exprimant; vel aliàs in iisdem juris veteris ambiguitatibus & incertitudine ſubſiſteremus. Sed tamen Bachov. *hic. th. 5. lit. f.* ſtatuit, hodieq; ex conjecturis non ipſo quidem jure, ſed ope exceptionis novationem contingere. Hunnium ego facilius ſecundum jura defendam.

B.

In th. 2. lit. l. miratur Cujacio hanc ſententiam placere potuiſſe, nimirum invito creditori antè diem exiſtentem ſolvi non poſſe. Quæ ejus ſententia vix hactenus reperit aſſertorem. Solum invenio Borcholten *c. 6. de V. O. n. 33. cum multis ſeqq.* eam propugnare, cujus rationes & reſponſiones, lector, non niſi cum indignatione, legere poteris.

In th. 5. lit. a. negat fermè iſtam collectionem: Pactum nudum parit obligationem Civilem. Ergo eandem quoq; tollit; quæ tamen aliquatenus juſtificari poſſet, *arg. l. 35. de 35. de R. I.* & ille ipſo quod ſupra *diſp. præc. p. 891. in m.* dixit, ſtipulationem non niſi ſcrupoloſitate quadam verborum à Jcivili introducta, differre à pacto &c. confer quæ nunc ſequuntur.

In th. fin. lit. b. verſ. exceptio pacti: Ego in ea quæſtione; Exceptione an ipſo jure per pacta tollantur obligationes? poſterius hoc eatenus verum eſſe puto, quatenus integris omnibus receſſum à contractum perfecto eſt; tunc enim pacta tollunt ipſo jure obligationes. Quomodo accipio *l. 95. §. 4. de ſolut.* Quod ſi autem re non

am-

amplius integri, [illegible], illa non tollitur niſi per exceptionem. Quomodo accipio *l. 27. §. 2. de pact.*

In d. tb. fin. lit. b. verſ. exceptis præſcrip. dicit videndum, an non temporis præſcriptione finita, actio ipſo jure ſublata ſit? Et mihi placet indiſtinctè ipſo Jure, actiones præſcriptione finitas eſſe. Pro qua ſententia plurima argumenta deducit *Gilken de præſcr. p. 1. c. 4. n. 5. & ſeqq. ubi quoq; n. 2.* errorem ſuum iis oſtendit, qui ſtatuunt præſcriptionem, tantum Civilem, non etiam naturalium obligationem tollere; quæ ego ad conflictum reſervo.

Diſp. 30. II.

In q. 1. verſ. & quanquam: ibi, quia pet ſe à matrum concubitu: lege, Perſæ. & ibi: turpitudo criminis non eſſet: lege, ceſſet. *In q. 2. verſ. Reſp. etenim non hoc:* ibi, ut ſic invicem infeſti: lege, ne ſic. *In q. 9 verſ. ratio quia:* ibi, non dominus eſſe non debet: dele unum non. *In q. 17. pr.* ibi, pro affirmativa: lege, negativa, propter verba proximè præcedentia. *In q. 26. verſ. veruntamen anne pœna furti:* ibi, vel Carolo V. non fuiſſe: dele, non. *In q. 27. verſ. ad 2. arg.* ibi, hunc verò eſſe condemnādum; lege, ſuſpendendum. *In q. 37. pr.* ibi, nam ſi putavit eum eſſe filiumfam: adde, non. *In q. 40. verſ. & quod ille textus.* ibi: quod in ipſo nomen Authoris ſit expreſ. adde, non.

In *q. 6.* ſimpliciter furem eſſe negat, qui debitori ſuo moroſo rem eripit; videri tamen poſſet diſtinguendū eſſe, an creditor auferat rem ipſam quæ in obligatio-

ne eſt, an vice ejus rem aliam. Vide Bach. *hic p.* 1051. *ſ.* & quæ dico *c. 3.* ad hanc diſputat:

In q. 8. verſ. mihi præ omnibus placet reſpon. Itaq; Hunnius exiſtimat furtum non committi ab eo, qui putavit ſe invito domino facere, cum tamen dominus id permiſſurus fuiſſet; Quod mihi videtur cum ratione pugnare, quoniam principaliter hic operatur animus & propoſitum contrectantis: & ergò quod traditur *in §. 8. I. de obligat. quæ ex del. naſc.* magis ad effectum rei referendum erit.

In q. 10. dicit cum Officiali fure non mitius, ſed aſperius graviusq; agendum eſſe; ad quod probandum advocat Conſtitut: Electoralem, quæ tamen cum apertè oppugnat, quippe ea perſpicuè in hujusmodi furem mitiorem ſtatuit pœnam: ibi, **Würde dann bemelte ſumma auff hundert gülden Müntz oder darüber lauffen, ſo ſollen ſie mit dem ſtrange vom Leben zum Tode geſtraffet werden:** ſed iſthàc laquei pœna ſimplices fures pro furto quinq; ſolidorum afficiuntur.

In q. 26. in fine ferè. verſ. ad 2. arg: reſpondetur: dicit hodiè inter furtum & laquei pœnam, maximam eſſe proportionem, dummodo pœna ex ipſo delicto æſtimetur: quod ſi verò hanc ex re ablatâ æſtimare voluerimus, ipſe ex nobis quærit, quænam ergò olim inter rem ipſam, & ejus duplum, quadruplum ve, fuerit, proportio? Ridiculè!

In q. 29. in pr. dicit, Furtum caſu neceſſitatis & famis, in eſculentis, potulentis, veſtimentis, commiſſum, pœnam non mereri; & tamen poſteà ſubdit, hoc caſu Furtum non committi. Quare? quia hoc tempore

pore omnia ſint communia. Sed hæc per abſurda ſunt omnia. Nam 1. turpis & falſa aſſertio eſt tempore famis omnia eſſe communia. 2. illo tempore nullum furtum committi. & 3. talem furem prorſus eſſe impunitum relinquendum. Et deniq; nulla & falſa ratio eſt, quam in præciſa neceſſitate ponit, ſiquidem fame urgente vel laborare, vel mendicare, nunquàm furari, debemus.

In th. 4. lit. c. pr. nudè tantùm dicit, ſingulis dominis actionem dari in ſolidum, quod utiq; explicandum erat: Vide igitur *Bach. d. th. 4. lit. C. ubi, & in ſeqq: duobus verſic.* quæ Tr: hic. de compenſatione, & ceſſione poſuit, explicat. Sanè Hunnius quoq; eadem magis reſolvere debuiſſet, quam contrà purgatorium hic diſputare.

In d. th. 4. lit. c. pr. ibi, quia regula certiſſima eſt, quod quoties duæ actiones concurrunt, quæ ad diverſos fines tendunt, toties una intentata, altera conſumitur; non ſatis intelligo, quomodo hanc ſententiæ præmiſſæ applicet; cum & aliàs verius ſit, quando actiones, nec ad eundem finem tendunt, alterutram non conſumi.

In q. 34. in f. ingenuè fatetur, ſe rationem planè nullam deprehendere, quamobrem Prætor in edicto ſuo mitiorem pœnam ſtatuerit in raptores, quàm in fures manifeſtos; adeoq; *ad l. 20. de LL.* confugit. Sed mihi duplex occurrit ratio apud Bach. *hic. Th. 4. lit. d. in f.* Et aliàs hoc dici poſſet, ideò Prætorem ſpecialius edictum proponere voluiſſe, ne rapina videretur neglecta; Sed non ideò neceſsè habuit, & pœnam duriorem

conſtituere, cum ſatis ſit, quod notatur ſpeciatim, [illegible] pœna ſpeciatim conſtituta durior non ſit. *arg. l.* [illegible] *de public.*

In th. 6. pr. optimè quidem fecit, quod inter perſonas, quæ injuriam non faciunt, non numeraverit prodigum. Sed lector quoq; de errore Tr: admonendus [illegible] rat, Explodendus ergò eſt Tr: qui prodigum injuriam facere non poſſe, ſcribit, & eum hac in parte etiam cum furioſo comparat. Vide *Clarum lib. 5. §. fin. q. 60. n. 11. in m.*

B.

In th. 1. lit. e. p. 1062. pr. ipſe *§. 8. I. de obl. quæ ex del.* cum *l. 46. §. pen. de furt.* ita conciliat; quaſi furtum quidem committatur *d. §. pen.* Sed tamen actio furti non teneat. *d. §. 8.* Eſt neotericus, qui ſic opponat. Stare ſimul non poſſe; Furtum me facere, & furti tamen non obligari: quod furtum & furti obligatio, per Leges ſemper ſe ſequantur, tametſi actio furti poſſit abeſſe à furto vel furti obligatione. Sed nimia ea ſubtilitas eſt, Et JCtus *in d. §. pen.* dicit, ne furti ſcilicet actione, ſit obligatus, non furto.

In th. 3. lit. 4. p. 1097. ad verſ. 10. ibi. Chriſtianos etiam obſtringere, & in rebuspubl. eorum obſervandas eſſe: illud addo. Diſtinguendas eſſe LL. Forenſes à Ceremonialibus; utraq; non perpetuò obligabant, ſed tamen diverſimodè. Hæ adeò ſunt extinctæ, ut non tantum mortuæ ſint, verùm quoq; mortiferæ obſervantibus: Illæ verò mortuæ quidem etiam, non tamen ſunt mortiferæ. Unde ſi Princeps in terris ſuis eas obſervaret, non ſanè peccaret; cœteroquin obligandi vim amiſerunt.

In

In th. 4. lit. c. p. 1110. inm. ferè collectionem iſtam approbat; raptor manifeſtus fur dicitur: Ergo manifeſti furti etiam tenetur. Quæ tamen ex parte vacillat; poteſt enim quis fur manifeſtus eſſe, ut tamen illa pœnâ non teneatur; quod in filiofam: ſervo, &c. plusquàm liquidum eſt. Ut adhuc dici poſſet, raptorem furti manifeſtatione haud teneri, etſi in ipſa rapina deprehenſus fuerit, per *ex pr. text. pr. l. vi bon. rapt.* neq; tamen propterea concedendum, raptorem fure mitius puniri; ſi nimirum in genere hoc quæramus. Nam tum veriſſimum eſt, raptores gravius, quàm fures, puniri: quod omnis raptor quadruplo adficiatum, non etiam omnis fur. Sed nihil conſtanter affirmo.

In th. 6. lit. e. verſ. atq; Iſaxon. ibi: quo tempore pandectæ Florentini: Sed immmò, Florentinæ, ſcribendum erat, ſiquidem uxor Pandectarum ſit generis fœminini. *arg. §. ſunt. & aliæ l. de nupt. ibi: quas in libris dig. ſeu Pandectarum ex jure vet. collectarum.* Sed hoc πάρεργον eſt.

In th. 7. lit. a. pr. ibi: & opinor. errorem. Vulgi recantationem invexiſſe: Hæcce tamen recantatio aliquale ſimile in Jcivili mihi habere videtur. Sicut enim dicitur poſſeſſionem reſtituere, ille qui impediverit tantum liberam poſſeſſionem; Ita & famam, qui eam voluit injuriâ adfectâ laceſſitam. Et ſicut ille non erat dejectus vere de poſſeſſione; ita neq; huic verè fama læſa erepta ve.

In th. fin. p. 1139. pr. rectiſſimè ſtatuit, retorquendi modum in jure noſtro fundamentũ nullũ habere; ſic enim

con-

conſtitutionibus obſervatur, ut non relatione criminum, ſed innocentiâ purgare nos debeamus. *l.5. pr. de publ. jud.* ut nõ absq; cauſa docuerit *Ruland. 2. de comm. 5. c. 7. n. 4.* Notarium retorſionis inſtrumentum conficere haud poſſe

---

Diſp: 31. H.

In th. 2. pr. verſ. illa facti eſt: ibi. hæc verò facti eſt: lege, juris. *In q. 14. verſ. cæterum ego:* ibi, dele injuriarum. *In q. 25. pr. ibi. ita tamen incarceratio:* adde, ne. & iterum ibi. verſ. quod enim: ibi. quæ torturam præcedant: lege, capturam. *In th. 7. lit. d. pr.* ibi cenſeri quoq; actiones: adde, non. *In q. fin. verſ. nam ad eam reſp:* ibi. aliquid corruptioni addat: adde, non.

A*ntè q. 6. verſ. etſi porrò.* dicit denunciationem ad proceſſum crimin: inchoandum, non eſſe Jcivili neceſſariam; & *verſ. ſeq: denunciatio autem:* ſubdit eam iſto jure planè incognitam eſſe; ſed in *th. ſeq. 2. lit. h.* contrarium dicit, nimirum denunciationis illius veſtigia extare in Jcivili, &c.

In q. 6. defendit proceſſum inquiſitionis, ordinarium remedium eſſe; Cui vix videtur convenire, quod dixit paulò antè *d. q. 6. verſ. proceſſus verò crimin: duplex eſt.* Inquiſitionis proceſſus, & ordinarius: ubi ſanè ordinarium huic opponit. Atq; mihi, procedendi iſtam rationem, ſine accuſatore, magis eſſe extraordinariam, probabilius videtur cum *Bach. hic. th. 1. lit. e.*

In th. 3. lit. d. verſ etſi verò pœna: Dicit Hunnius *lit. præced. c.* ſubſcriptionem in crimen ſublatam eſſe, & hac

[illegible] ... [illegible] calumniatoribus irrogari, quæ etiam ad mortem [illegible] perari poſſit: Et ergo hodie quoq; à accuſando homines deterrebuntur.

In d. th. 3. inf. verſ. at hodiè, poſtquam: dicit, plane dubitandum non eſſe, quin hodiè accuſatio per procuratorem fieri poſſe. Atquin mihi dubium ſuboritur maximum, eò inde quod dixit *hac th. 3. lit. d.* in calumniantem hodie arbitrarie, & ſic quandoq́; capitaliter animadverti poſſe: ut adeo eadem ratio excludendi procuratores adhuc maneat. Vide *Bach. d. th. 3. inf.*

In q. 40. vel quærit de Jure Juſtinianeo, vel Jure noviſſimo Carolino: ſi de hoc; prorſus inepte loquitur, ſe nil quicquam moveri argumentis Boceri, quoniam hæc ea contra imperatoriam ſanctionem Caroli non movit: vide omnino *Bocer. d. tr. de tort. c. 3. n. 23.* ubi dicit, ſe defendere Jus Juſtin: &c. Sin de illo; omninò argumẽtis illis permoveri debebat, & maximè expreſſo textu *L. 20. de quæſt.* ad quem fruſtra reſpondet, cum per Legem Caroli emendatum eſſe, ſiquidem id Bocerus, non diffitetur; & de Jure Juſtin: tantum quæſtio eſt. Ego inſuper Hunnio id oppono. Dicit ipſe *q. præc. 39. verſ. mihi proinde:* ad torturā non niſi prævia ſemiplena probatione, deveniri poſſe. Aſſumo. Unicus teſtis non facit ſemiplenam probationem, ipſe Hunn: *diſp. præced. 4. q. 10.*

In q. 44. inf. dicit, Minas per ſe ſufficere ad torturam, Duabus tamen concurrentibus circumſtantiis: Ita ferè loquitur *q. ſeq. 45. verſ. hinc igitur:* nimirum confeſſio-

 nem

nem moribundi ſufficere; & tamen plures ſpecies concurrentia, requiri.

In q. 46. ipſe eam ſententiam veriorem putat, quæ negat reum in tortura nihil confeſſum, definitivè abſolvendum eſſe; attamen hanc ſequitur & comprobat *Bach. hic. th. 5. lit. g.*

In q. 53. ipſius judicio fruſtrà conatus fuit Coraſius fundamenta Roberti convellere; ſed optimè, judicio Bachovii *hic. th. 6. lit. d. verſ. ſicut tamen.*

In q. 59. judicium ſuum præcipitat; ſiquidem author noſter ex hypotheſi alicujus ſtatuti, damnato publicationem bonorum, contra diſpoſitionem Jcommunis irrogantis, ita quærit & diſputat. Quin etiam, ſi verum eſt quod Hunnius ſtatim poſteà lit. c. ſubjicit & probat; adhuc Jcivili publicationem ſolam ſine pœnâ aliâ, irrogari poſſe; utiq; utiliter hoc quæritur & diſputatur, an publicatione irrogatâ, excepta tamen intelligi debeat legitima liberorum, parentumq́; ? & quidem de bonorum legitima, major ſubeſt dubitandi ratio.

In th. 7. lit. d. pr. ſic concludit: Si bonorum appellatione veniunt actiones: Ergò bonorum quoq́; publicatione. Ubi fortaſſis negaverim conſequi: quod in hac materiâ odioſâ & pœnali, jureq; communi prohibita, verba quam ſtrictiſſimè & propriè accipienda ſint.

In q. 68. opponit ſibi textum, *in l. fin. de ſep. viol.* ſed revera ego neq́; ſatis video ad quid textum iſtum oppoſuerit; neq́; quid ad eundem reſponderit, ſatis intelligo.

In q. 70. pr. dicit illos, qui crimen, ſive jus quoq́; inquirendi, præſcriptione tolli opinantur, ſine ulla haſitatione affirmaturos, pœnam leviorem reddi diuturnitate temporis; Atquin tamen illud omnino opinatur

Ba-

Bachov. hic. p. [illegible] [illegible]
[illegible]

In th. 2. lit. g. verſ. an igitur inquiſitio: inf. ſtatuit [illegible] trà Tr: Quod Jure canonico in uſurarios criminaliter animadverti poſſit: Quia, quo Jure, aliquod admiſſum crimen eſt, eo Jure criminaliter etiam poterit vindicari. Sed Jcan. exercitium fœnebre crimen eſt. Ergo. Verùm Hunnius *hic. q. 14.* propoſitionem rectè reſtringit ad crimen publicum, & hoc exercitium tale crimen eſſe negat. Contradicit tamen Bachov. *hic. th. 1. lit. a. verſ. an verò Jcan.* ubi vult omnia delicta quoad JusCanon: pro publicis haberi. Sed hoc rectius iterum negat *Hunn. hic. q. 3.* 8.

In th. 6. lit. c. in f. dicit, locos, in quibus pœnæ adhuc veteris, nimirum aquæ & ignis interdictionis, fit mentio, de deportatione, & illarum pœnarum ſubrogatione commodè explicari poſſe; Quod mihi videtur optimè firmari poſſe per *N. 22. c. 13.* ubi Juſtin: dicit, deportationem vocari in LL. noſtris aquæ & ignis interdictionem: Et aliàs hoc non infrequens eſt, ut ſurrogatum nomine ejus, cui ſurrogatur, veniat.

In th. 7. lit. d. verſ. in publicatione: animadvertit manifeſtam contradictionis implicationem; attamen ab eâ liberari Tr: poſſet, ſi pro ipſo cum Hunnio *hic q. 61.* quæſtionem de damnato patre formemus, quaſi Tr: hoc dixerit: In publicatione bonorum patris, filiifam: peculiũ adventitium vel caſtrenſe non venire, ut ſic tacitè excepérit, ſolũ profectitiũ. *A*lia verò quæſtio & deciſio erit, ſi proponatur de ipſo filiofam: dãnato; Cujus bona non publicãtur, ſed patri relinquuntur. Magis igitur & aper-

tius hæc ipſa contradictionis implicatio [illegible] rit Hunnio; nam ille poſtquàm de publicatione bonorum damnati patris quæſiviſſet. *q. 61. [illegible]* de publicatione bonorum damnati filiifam: quæſivit [illegible] ergo affirmat bona filiifam: publicari poſſe; negat [illegible] bona caſtrenſia, vel profectitia, vel adventitia publicari. Undè ſequitur neceſſariò quod nulla filiifam: bona [illegible] ſint publicari; ut tantò pejus Hunnius *d. q. 61. verſ. cæterum illud:* ſic quæſtionem propoſuerit. Anne bonis filiifam: confiſcatis: quaſi verò præter dicta bona filiusfam: adhuc alia quædam bona habeat, quod falſum eſt, & prius igitur contradictorium.

Diſſ. 32. H. *In q. 13. verſ. in l. quisquis:* ibi fiſco non eſſe addicta: delendum eſt, non, aliàs ſententiæ, quam defendit, hoc obſtaret. *In q. 20. pr.* ibi. ſic ut de legitima; [illegible] ge, ne. *In q. 21. inf. ferè. verſ. reſpondet enim Br. [illegible]* ba: Irrogata, irroganda: locum videntur mutaſſe. *In q. 39. verſ. & is qui cunctis:* lege, coactis. *In q. 63. verſ. quod ſi verò:* quid ibi velit dicere, ex ſubjectis germanicis lector intelliget. *In q. 64. verſ. quod ſi autem:* ibi. qui incendium minatur duntaxat, non ſunt minus &c: lege, duntaxat ſunt, minas verò. &c.

In q. 1. negat divinæ Majeſtatis læſæ crimen committi in cœteros Sanctos, additâ ratione: Quia ſicut crimen læſæ Maj: humanæ non committitur niſi in Principem ſupremum; ità quoq; crimen læſæ Maj: divinæ niſi in Deum altiſſimum: &c. Sed ego hanc inverto: Sicut Princeps ſupremus in Conſiliariis ſuis lædi intelligitur,

ita

ita magis etiam [illegible] Sanctis. [illegible] illos, [illegible] hoc commiſerunt.

In q. 2. ſimpliciter reprobat Bocerum, ſtatuentem [illegible] Romanum Principi tantum Majeſtatem communicaſſe; quod Bocerum contrà omnem hiſtoriæ fidem ſcripſiſſe, notat Bach. *hic. th. 1. lit. b.*

In q. 10. quærit & diſputat, qua pœna Conſcii criminis læſæ Maj: affici debeant? & eos capitali pœna afficiendos pernegat: Sed antè omnia hic explicandum & diſtinguendum erat, quinam dicantur & habeantur pro Conſciis! etenim ſi conſcios dixeris, qui ſunt ſimul Miniſtri, & inſtinctores, in ejusmodi conſciis omnino verum erit, quod teneantur pœnâ capitali: ſin autem qualitercunq́, ſcientes, qui ex fama & relatione ſciunt, pro Conſciis habueris, ea pœna durior videri poterit. Ut Hunnius citrà definitionem Conſcii, alterutram ſententiam pro aut reprobare non debuerit. Sic utraq; namq; vera eſſe poteſt.

In th. 3. lit. g. conjungi poſſunt ea quæ animadvertit Bachov. ibidem, quem magis ſequor.

In q. 58. verſ. ſi itaq́, ut ex prædictis patet: quæritur, num furioſus ob delictum antè furorem commiſſum, in furore affici poſſit ultimo ſupplicio? Sunt qui affirment, ſunt qui negent: Verùm nec horum nec illorum opinionem ſimpliciter comprobaverim. Mihi itaq; videtur, hoc caſu aut differendam eſſe pœnam, donec furioſus ſanitatem receperit, ne ſi aliter fieret, anima ipſius periclitetur; aut ſi furor perpetuus ſit, imponendam pecuniariam.

In q. 68. in f. dicit Legem divinam, quæ filios immorigeros & percutientes parentes ſuos, ultimo ſupplicio

affici jubet, in uſum revocandam & gnaviter exequendam eſſe; Atquin tamen verſ. præced: dixit, ſatis dintiu eſſe, neq; ideò uſu obſervari, ut filiis percutientibus ſolùm parentes, gladii pœna decernatur. &c.

B.

In th. 2. lit. b. verſ. nec relevat: inf. nodoſa movetur quæſtio. Pluribus rem habentibus cum alterius uxore an omnes puniantur ut adulteri, an ſolus prim9, an nullus? Etenim ſunt qui adſtruunt, nullum prorſus committere adulterium; quorum ſententiam admitterem in tali muliere, quā ſemper & ab initio, meretricio more vixiſſe omnibus conſtitit: Sunt qui ſolum primū, non etiam reliquos inſequentes id committere contendunt; quos ſequerer, ſi Mulier ab initio quidem honeſtè vixiſſet, ſed demum poſt primi adulteri congreſſum luxurioſam vitam cœperit & perrexerit. Deniq; alii ſtatuunt omnes illud committere, adeoq; omnes pœna gladii feriendos eſſe; quorum ſententiam probarē in uxore, quæ ita cautè egit, ut nihilomin9 pro honeſta matrona fuerit habita, hic enim nō apparet ratio, quæ excuſet adulterū.

In ead. th. 2. lit. e. verſ. adulterio cum ſponſa: Ego, etſi graviſſimi JCti eant in contrarium, defendam tamen trino Jure, Civili, divino Moſaico, & canonico adulterium à ſponsâ & in ſponſam committi, adulterúq; pœnam mereri. *arg. l. 7. C. de adulter. Deuter. 22. verſ. 23. c. 12. cauſ. 27. q. 2.*

In th. 3. lit. c. inf. ſubdubitat, an fœmina rapiens maſculum, teneatur ex *l. un. C. de rapt. virg. &c.* Ego verò intrepidè hoc affirmo, quia extrà dubium eſt, turpius facere & delinquere mulieres rapientes, quàm viros. Et utiq; ſi fœminæ adjutrices hujus criminis, *d. l. un.*

pœnâ

[illegible] vetitus eſt.

In d. th. [illegible] verſ. quod autem, quærit [illegible] incidat in pœnam raptus, ſi cum rapta non coierit, [illegible] quidem verſum Tr[illegible]ſtatuit, ver etiam Hippolyt. de Marſil. diſtinguit: ſed mihi videtur indiſtinctè [illegible], pœna raptus teneri quemvis, etiam non ſecuto coitu. Quod de raptoribus Sanctimonialium omnes fermè conceduut, & ergò quoq;, de aliarum Virginum, idem concedere debent. *arg. d. l. un. ibi, per hanc generoſitat. &c.*

In th. 5. lit. d. obiter movet eam quæſtionem, an de Jcivili mortem ſibi inferre liceat? quod ego non ſine ratione à quodam affirmatum & defenſum eſſe memini. Et ego fermè etiam ob cauſas in Jure expreſſas, id licere, dixerim, quales exprimuntur *in l. 43. § 4. de ædil. ed. l. 34. pr. de teſtam. milit. l. 6. §. 7. de re milit. l. 38. §. fin. de pœn. l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. 6. §. 7. de inj. rupt. &c.* Effectus quæſtionis multi ſunt; Autophoneutam ideò non notari infamiâ, bona ejus non confiſcari, teſtamentum valere, eum etiã lugeri & ſepeliri poſſe. &c. *Diſſ: Hunn. hic. q. 43. Bach. vol. 1. p. 52. inf.*

Diſſ. ult. H.

In q. 22. verſ. & in l. fin. C. de appellat: lege, C. de temp. appellat. *In q. 26. verſ. & ratio.* ibi, remedium oppreſſium: lege, oppreſſorum. *In q. 31. verſ. illud certum eſt:* ibi, judex relegatus: lege, delegatus. *In q. 34. verſ. cæterùm:* ibi, quod immodicè velint oblig: adde, læſi. *In th. 6. verſ. & quanquàm:* ibi, narratis ſupplicantium: adde, credatur.

In

In th. 8. pr. deſunt hæc verba [illegible]
proponendam.

In q. 4. quærit, an introduci poſſit [illegible] inferiorem [illegible] norem appelletur? Quod ipſe, interveniente [illegible] ris conſenſu, affirmat; & tamen poſteà ſubjicit [illegible] fieri appellationem à ſuperiore ad inferiorem, [illegible] feriore ad ſuperiorem. Quomodo ſanè quæſtionem [illegible] ineptam facit.

Ad qq. 25. 26. cupio addi quæ animadvertit Bach. [illegible] *th. [illegible] lit. d. e. verſ. ex eremodicio. & verſ. contumaces.*

In th. [illegible] lit. e. verſ. hinc nonnulli conjiciunt: vulgatum [illegible] eſt, quod Elector Saxoniæ Imperii Archimarſchal[illegible] cos, comparetur cum Præfecto Prætorio. Hanc com[illegible] parationem immeritò abſurdam vocat Knichen, [illegible] Hunnio allegatus; neq; enim quæ ſimilia dicimus [illegible] mnibus convenire oportet, aliàs eadem magis [illegible] forent. Et eo ipſo dum aliquid ſimile dicim9, [illegible] diſſimile, innuimus. Sanè immò multa ſunt commu[illegible] huic dignitati, cum illa præfectoriâ veteri. *V. Heig. [illegible] q. 4. n. 14. & 51.*

In q. 41. Hunnius lectorem ſuum de errore vel Tr: vel typographi, admonere debuiſſet; quem [illegible] monuit Bach. *hic. th. 5. lit. g. in f.*

In q. 42. verſ. equidem quod de Jcan: dicit ſancitum [illegible] ſto Jure non reperiri, quod medio omiſſo ad Papam ap-pellari poſſit; ſed vide paucis Bach. *hic. th. 6. lit. b. verſ. Jcan: omiſſo medio.*

8.

In th. 3. lit. l. ipſe ſatis explicat, quæ Tr: ſub iſta litera propoſuit; ſed Hunnius ea inſuper habuit. Profectò adeò perſpicua non ſunt, ut facilè & citra reſolutionem [illegible]

intelligi poſſet. Et dicit Bachov[illegible], ſe autem nõ intellige-re quæſtionem propoſitam, aut non [illegible], quomodo non potior eſſe debeat, qui poſteriorem ſen-tentiam obtinuit. Sed fortaſſis ipſe Hunnius quoq; ta-citè prius confiteri voluit.

In th. 5. lit. a. pr. Maranta placere poſſet, qui ſcivi-li in cauſis minimis exiguæ ſummæ non appellari cen-ſet. Sanè Imp: Juſtin: *N. 31. c. 1. inf.* ſummo ſe ſtudio caviſſe memorat, ne appellationes intrà 500. ſolidos ad aulam ſuam deferantur. Hodieq́ certa quantitas præ-ſcripta, intrà quam conſiſtentes lites, provocatione ad Curiam imperii devolui nequeunt. Omninò namq; Reip: expedire cenſeo, cauſas tenues ab inferiobus di-ſceptari. Et ergò etſi ipſo Jure appellatio harum cauſa-rum ſubſiſteret, rectius tamen judex ſuperior, eas ad in-feriorem remittet.

In d. th. 5. lit. b. Treutlero contradictionem impu-tat; à qua tamen an liberari poſſit, videbimus. Ipſe quidem Tr: & Hunnius *hic in q. 35.* diſtinctionem Fa-chinæi *1. c. 74.* approbant, an de mero executore aga-tur, an de eo qui cognitionem quoq; habet: attamen eam non ſatis explicant. Sed plura de hiſce, & pluribus aliis inter diſputandum. Suppetunt mihi namq; pluri-ma alia, quæ exercitio diſputatorio reſervo. Hæcce ſal-tem hac vice communicare volui, quæ ſi tibi exigua videntur, ſcias, amice lector, ea horis tantum ſucci-ſivis, quod ſanctè tibi affirmo, à me annotata fuiſſe, neq; me iis exactam induſtriam adhibere potuiſſe, qua-re facilius ignoſces.

Sicuti dixi, de pluribus, præcipuè quoad Hunnium, inter diſputandum admonebo. Omnino enim ille in

multis emendandis: Cape unum, ex quo judicare poteris de cœteris. Scribit Hunnius *ad diſp. 32. vol. 1. q. 27. verſ. ſed hodiè*: in artic. 120. ordinat: crim: indiſtinctè ſanciri, pœnam adulterii debere eſſe capitalem, etiam tùm ſi ſoluta cum alterius marito ſeſe miſcuerit. Sed rogito te, ecquomodo hoc ex allegato artic: 120. colligere poſſis? Ego ſic contrà argumentor: Verba d. art. ſunt hæc: die Ehebrecher ſollē nach ſag vnſer Keyſerlichen Rechten geſtraffet werden &c: atqui de Jure Imperatorio Civili perſpicuum eſt, Maritum cum ſolutâ adulterii crimen non committere; *Vide Hunn. q. prac. 23.* Et ergò nec tenebitur pœnâ ordinariâ Legis Juliæ de adulterio. Concludat hinc aliter, ſi poſſit Hunnius, ego hoc caput. 2. concludo, de hiſce & ſimilibus alias ſuo tempore admoniturus!

Errata typographica vol: 3. Bachovii.

Pag. 13. lin. 23. pro pupillarem, *Lege popularem*. pag. 19. lin. antep. pro vindicandi *Lege nunciandi*. p. 24. lin. 20. pro ſatisdatio, *L. nunciatio.* p. 152. lin. 5. pro de bon. poſſeſſ. *L. de legat. præſt.* p. 160. lin. 26. pro poſſeſſionis, *L. promiſſionis.* p. 184. lin. 23. pro obligari. *L. publicari.* p. 205. lin. 1. *Lege de act. emti.* p. 252. lin. 12. pro corporalium. *L. incorporalium.* p. 399. lin. 32. *adde. ff. pro hered.* p. 511. lin. 10. pro poſſeſſorio. *L. petitorio.* p. 566. lin. 28. pro creditor. *L. debitor.* p. 581. lin. 31. pro debitor. *L. creditor.* p. 712. lin. pen. pro turmere. *L. mereretur.* p. 725. lin. 16. pro pacti. *L. facti.* p. 874. lin. ult. pro pervenit. *L. prævenit.* p. 912. lin. 24. *adde, pro.* p. 916. lin. 18. pro prodigus. *L. furioſus.* p. 970. lin. 19. pro hoc-

juſſor.

juſſor. *L. debitor.* p. 998. lin. 9. pro accepit. *L.* [illegible] adde, *debitor.* p. 1035. lin. 4. pro ſibi. *L. ſive.* p. 10[illegible]. lin. 8. pro movetur, *L. novetur.* p. 1190. lin. 12. pro 21. *L.* [illegible]. p. 1210. lin. 26. pro damnationes. *L. donationes.* p. 1267. lin. 24. pro adultero. *L. altero.* p. 1341. lin. 32. pro poſſeſſorium. *L. petitorium.* &c.

Caput. 3.

PRæcipuus hujus ſcriptionis finis eſt, ut mei futuri Collegæ, quam illi debeant ſententiam oppugnare, & ego defendere velim, præſcire & intelligere poſſint. Inſtituam itaq; in hoc capite, collationem *Hunnii & Bachovii*, ſeu potius, horum & Treutleri, & candidè exponam, ubi à Treutlero recedam, & ubi eidem accedam.

Recedo à Tr: & Hunn: negantibus in Jure poſſe dari caſus, quales pro Amico Dd: appellant; Etenim quando Jus propter noſtram inſcientiam incertum fit, *l. 28. inf. de judic.* & in utramq; partem ita diſputatũ eſt, ut judici aqua hæreat, eo caſu ſi judicandum ſit, cum ſalvâ conſcientiâ alterutram opinionem ſequi poſſit, quidni & fortius poterit pro re natâ pro Amico eligere? *arg. l. 85. de R. I. c. 11. de R. I. in 6.* Receſſit etiam Bachovius. *Vol. 1. Treutleri. Diſp. 1. th. 1.*

Recedo à Tr: & Hunn: improbantibus diſtinctionem æquitatis ſcriptæ & non ſcriptæ; ſiquidẽ ea omninò admittenda eſt, niſi in id, Jus videlicet, quo utimur, aut tantùm ſine ſcripto conſtare, aut certè ſcriptum Jus æquitate deſtitui, quod utrumq; abſurdum, *§. 3. I. de I. N. G.* incidere velimus. Et ſi æquitas ratione ſcripturæ de- *th. 2.*

 finit

ſinit eſſe æquitas, ut *Hunnius q.12. in arg.2.* aſſumit, poſterius hoc neceſſariò ſequitur: Quippe æquitas ob ſcripturam intervenientem, vel amittet ſuam eſſentiam, quæ conſiſtit in æquo, & adeò nullum jus ſcriptum erit æquum; vel retinebit, & utiq; ſcripta æquitas erit, appellabiturq;, cum nomina debeant eſſe rebꝰ conſequentia. *§. 3. I. de donat.* Receſſit etiam Bachovius.

th. 4. Recedo à Tr: Hunn: & Bachov: dividentibus Gentium Jus, in primævum & ſecundarium; Etenim non temerè videntur nova entia in naturæ cenſum invehenda ſine manifeſta neceſſitate. *Scalig. exerc. 61. ſect. 1.* quænam verò neceſſitas diviſionem hanc urgeat, mihi non apparet. Plæriq; urgent *§. 1. & 2. I. de I. N. G.* quaſi in iis diverſæ definitiones Jgentium habeantur; ſed iſte manifeſtus Interpp: noſtrorum error eſt, quem *arg. §. 11. I. de rer. diviſ.* firmiſſimè ipſis oſtendam inter diſputandum.

th. 5. Accedo Tr: affirmanti ſtatum Imperii Romani eſſe Monarchicum: Enimverò, qui nullum ſuperiorem inter homines agnoſcit, ipſum Monarcham eſſe, conſequitur. *Bodin. 2. c. 23.* Princeps autem Romanꝰ nullum in terris ſuperiorem habet, ſed hanc gratiam ſoli Deo referendam putat, qui Imperii coronam ipſi impoſuit. *N. 28. c. 4. in f.* conſequitur itaq; ipſum Monarcham eſſe. Monarcha verò alium, quàm Monarchicum ſtatum non conſtituit. Et licet ſtatus Imperii præſentis, in nonnullis Ariſtocraticis rationibus temperetur; atq; exindè non purè Monarchicum, ſed cùm ariſtocratico Mixtum eſſe, inferri poſſe videatur: attamen ab excellentiori & digniori Monarchicus rectè denominari poteſt. Certè Ariſtocraticus perhiberi non poterit, quia

uti

uti communis eſt definitio, is nihil aliud eſt, quam pau-corum ex æquo potentia & gubernatio. *Bodin. 2. de rep. 1. in pr.* Receſſit Bachovius.

Romanum Principem, hoc eſt, primum & principaliſſimum in Republ. omnib9 omninò Romanorum Legibus, quotquot in corpore noſtro Juris ſcriptæ relatæq;, ſive eæ ſint ex propriis reip. romanæ inſtitutis, ſive aliunde ex divino, naturæ, gentiumve communi jure deſumtæ, & per principem romanum approbatæ appropriatæq;, *arg. conſt. tanta.* §. *10. 20. & 23.* ſolutum, hoc eſt, ab omni coactione & coërcitione liberum, eſſe, defendam. Legibus enim ſolutum eſſe, ſignificat extrà δύναμιν ἀναγκαστικὴν Legum vivere *arg. l. 1. 2. & 7. de LL. Vultej. ad §. ſed & quod. n. 5. I. de I. N. G.* th. 6.

Attamen exinde, quod Princeps Romanus LL ſolutus eſt, non extorquebis, eum adeò licentiam effrenem habere, quicquid lubitum agendi; ſunt enim diverſæ quæſtiones, quærere, an princeps pœnæ & coactioni ſubjiciatur? quod ex defectu Jdictionis negavi, *arg. N. 23. c. 2.* & quærere, quid Principem deceat? *vide L. 23. de leg. 3. ibi decet tantam: &c.* Quomodo quidem Princeps Summus etſi Legibus ſolutam poteſtatem habeat, ejusq; ſolius poteſtatis vi & plenitudine Jus tertio quæſitum impunè auferre, remve ejus ſine juſti precii refuſione, accipere poſſit. *Geil. 2. O. 56. n. 13.* attamen non debet, neq; decet. *arg. l. 10. de Jdict. & L. 77. de judic.* Verum concurrente aliqua cauſa, puta utilitatis neceſſitatisve publicæ, poteſt & debet. Atq; hoc caſu Tr: accedo. Receſſit Bachovius. th. 5.

Diſſ. 2. th. 1. Recedo à Tr: negante Servos propriè loquendo perſonas eſſe; ſciendum autem eſt, Hominis verbum dupliciter accipi; Naturaliter, ut *in l. 4. de I. & I.* & civiliter, *ut in l. 63. §. fin. pro ſocio.* illa acceptione ſinguli habent caput Phyſicum ſive naturale, dicunturq́; ſimpliciter Homines: Hac politicũ ſive Civile, dicunturq́; perſonæ. Illa acceptione, quia natura omnibus communis eſt, æqualiter tàm liberi quàm Servi, Homines appellantur. *l. 32. de R. I.* Hac quoq́; omnibus indiſtinctè appellatio perſonæ attribuitur, *l. 22. ff. eod.* tametſi ex ſtatu & conditione, vel libertatis vel Servitutis, in qua homo ſtat, perſona quædam ſit libera, quædam ſervilis. pr. I. de Jure perſon. Quæ benè contrà multos notanda ſunt. Receſſerunt Hunnius & Bachovius.

th. 6. Recedo à Tr. admittente legitimatos per ſubſequens matrimonium ad ſucceſſionem JFeudali, maximè caſu quo Feuda pro legitimè natis **fur ehelich geborne Leibs Lehenserben/** conceſſa fuêre, quia textus generalis & indefinitus eſt *in §. naturales, 2. F. 26.* indefinitam autẽ propoſitionem ad unam ſpeciem reſtringere, duriuſculum videtur. Quare ſi objiciatur: Qui legitimi ſunt, eos in Feudis ſuccedere debere: concedam hoc de legitimis tantum natis, nõ poſteà factis. Nec Jcivilis fictio efficere poterit, quominus verè dicatur, legitimatos iſtos ab initio naturales fuiſſe. Receſſerunt Bach: & Hunn:

th. 6. Recedo à Tr: & Bach: affirmantibus naturales legitimari per matrimonium, abſq́; inſtrumentis dotalibus; quoniã contrà hanc ſententiam præter *d. §. fin. I. de nupt.* textus evidens mihi videtur in §. *2. I. de hered. quæ ab int. def.* quod enim ibi: *dotalibus inſtrumentis compoſitis*; Juſtinianus dixerat, illud hic apertius: *etiam nuptialia in-*

ſtru-

ſtrumenta cum id fecerit; exprimit. Et ergò Juſtinianæ conſtitutio tabulas matrimoniales requirit neceſſariò. Sicut & alibi ſcriptura neceſſario ad probationē deſideratur. *l. 1. C. de Jempb.* & eadem res & probationis & ſolennitatis vicem ſubire poteſt, quod vel numerus teſtium in teſtamentis oſtendet. Receſſit Hunnius.

Accedo Tr: & Hunn: exiſtimantibus quartam impuberi arrogato, poſteaq; exheredato, debitā, eſſe omniū bonorum. *arg. ex l. ult. ſi quid in fraud. patr.* de ſumpto, ubi reſponſum eſt, deberi arrogato quartam ex bonis, quæ mortis tempore arrogatoris fuerunt; At arrogatoris tunc ſunt univerſa bona: ſequitur igitur, quod & ad arrogatum univerſorum bonorum quarta pertineat. Et licet poſſit replicari, quartam portionis ab inteſtato, etiam quartam bonorum dici *in l. 6, C. de inoff. teſt.* hoc tamen verum eſt in ſenſu compoſito, non diviſo; hoc eſt, quarta plurium liberorum indiviſa, quarta bonorum dici poteſt, d. l. 6. non etiam quæ jam inter eos pro rata diſtributa eſt, quæ quarta portionis dicitur, &c. cōjunge quæ dicit *Bach. vol. 1. p. 535. lit. b. pr.* Receſſit Bachovius. *th. 9.*

Accedo Tr: affirmanti Jdictionis nomen generale eſſe, pureq; loquendo Imperium Mixtum atq; merū, ſub eâ tanquàm ſpecies contineri; quod evidenter puto demonſtrari poſſe ex *l. 1. de off. ejus &c.* in qua hanc regulā Papinianus proponit; Quæ ſpecialiter Lege, Scto &c. dantur, mandatâ Jdictione non transferuntur: ex qua aſſumit, ſed imperium merum Lege, Scto, datur, & hinc concludendo, Magiſtratuū errorem, qui quomodo mandatâ Jdictione tranſit Imperium Mixtum, Jdictioq; ſimplex, ſic tranſire quoq; Merū, credebant, re- *Diſp. 3. th. 1.*

dar-

darguit. Excepit ab hac regula Papinianus, ſolum caſum abſentiæ; Unde ſequitur, Merum imperiũ eum demandare poſſe, qui abeſſe cœperit. *d. l. 1. §. 1.* Et ergò ut regulæ cõveniat exceptio, illud ſub Jdictionis vocabulo venire neceſſum eſt. Receſſerunt Bachov: & Hunnius.

Th. 3. Recedo à Tr: & Hunn: ſeparantibus Merum imperium à criminali Jdictione, & ſtatuentibus, Jurisdictionem criminalem circà ſcelerum cognitionem, at Imperium circà eorũ pœnas verſari; quod fortiter impugnari poteſt *ex l. 1. §. 1. de off. ejus.* Illa *l. 1. §. 1.* imperium merum mandari poſſe negat, quia Lege ſpeciatim deferatur; quod ſi igitur Imperium ſola poteſtate exequendi definias, neceſſariò ſequetur hæc concluſio, cognitionem de criminibus mandari poſſe, & ſpecialiter Lege non deferri; quod verum non eſt, nec apud ipſos *Tr: & Hunn:* neq́; verò poteſt *d. l. 1.* intelligi de ſolâ exſecutione, *arg. præc. quæſt.* & ergò nec Imperium merum tantùm eſſe in exſequendo. &c. Receſſit Bachov.

Th. 5. Accedo Tr: Bach: & Hunn: affirmantibus Imperium mixtum ac Jurisdictionem in ſpecie, verè diverſa eſſe, quod *l. 3. de Jdict.* apertè demonſtrat. Equidem nõ duo proponuntur & definiuntur tantum in eâ termini, Merum & Mixtum Imperium, uti opinatur *Cujac. 21. O. 30.* verum tres, nimirum Jdictio in ſpecie additur & inſuper definitur. Et cum Jdictioni imperium Mixtum cohæreat, eiq́; inſit, ea diverſa eſſe neceſſariò efficitur, quippè quicquid jungitur à ſe diverſo. Ea tamen coadunatio ſive junctura non eſt in ipſa Jdictionis & Imperii ſubſtantia, ſed in perſonis iſta exercentibus. Et rectè *Tr: hic.* in exercitione hæc concurrere, quæ nihilominus ob diſtinctas diſtinctorum actuum notiones ſunt ſeparanda.

DISPUTATIO 7.

Reſpondente

DN. ERICO VERINGN. weſtphal.
LL. Studioſiſſ.

Diſp. 4. th. 4.

Recedo *à Tr:* qui regulariter pœnam ex populari actione inter fiſcum & actorem dividendam ſentit; recedo *ab Hillig: D. E. 19. c. 1.* qui regulariter pœnam totam putat Fiſco inferri debere. Recedo ab *Hunnio*, qui regulariter totam pœnam vult eſſe actoris. Una opinio ſatis deſtruit alteram. Veluti obſtat opinioni primæ & tertiæ *l. 3. pr. de term. moto. cujus verba: in publico dari:* nimis apertè ſignificant, Fiſco totum illud dandum eſſe, quæ *L. 3.* fundamentum eſt opinionis ſecundæ. Obſtat opinioni primæ & ſecundæ, *l. 3. pr. de ſep. viol.* quæ nimis manifeſtò dicit, pœnam actori applicandam totam, quæ *l. 3.* eſt fundamentum opinionis tertiæ. Obſtat deniq; opinioni ſecundæ & tertiæ. *l. 25. §. fin. ad Syllan.* ubi omninò præmii loco aliquid actor conſequitur, quæ *l. 25.* eſt fundamentum opinionis primæ. Ad hoſce textus reſponſiones Dd: non ſapiunt. Videri poteſt actiones populares non certam & eandem habere naturã, ideoq; aliquando totum, partemvè, Fiſco actorivè, dari.

Recedo à Tr: permittente mutationem libelli etiam poſt litem conteſtatam, & quidem ita ut poſſit *idem* durare ac manere judicium. Etenim cum per litis conteſtationem judicium accipiatur, non poteſt hoc ſuper alia re & cauſa acceptum dici, niſi quam rem aut ex qua cauſa reus ſe debere negavit; Itaq; re iſta ſive causâ mu- *th. 15.*

A a tatâ

tatâ, aut oportebit ut lis de novo conteſtetur: quippe nova cauſa, & res nova, novam facit petitionem, quam neceſſariò ſequi debet nova conceſſio dilationis, ut reus ſciat, an cedere an contendere debeat *l. 1. de edend.* & porrò nova ſequetur contradictio, quæ litis conteſtatio eſt. *l. 14. §. 1. C. de judic.* novumq́; fiet judicium; aut ſententia erit nulla, tãquàm ſuper eo libello lata, ſuper quo lis non ſit conteſtata. *l. 18. ibi Gotofred. comm. divid.* Receſſit Bachov: qui ſicuti benè monuit, ſecundũ Jus quo propter plus petitionem non amittitur actio, quæſtioni huic locum eſſe, ita malè dixit controverſiam hanc in verbis magis quam reipſa conſiſtere. *V. Gilken: ad l. 3. n. 49. & ſeq. C. de edend.*

Diſp: 5. th. 6. Recedo à Tr: & Bachovio exiſtimantibus, ſalvo cõductu ſimpliciter (Wir geben dir zu erſcheinen ſicher frey Geleyt) conceſſo, reum confeſſum vel legitime convictum puniri haud poſſe; Nam qui ſecuritatem petit, non ſceleri ſuo patrocinium, ſed propter metum injuriæ & carceris, ac contrà hunc præſidium petere videtur. *Coler. p. 1. c. 4. n. 176. de proc. execut.* atq́; ita, licet petens Jcommuni à metu injuriæ liber fuerit, attamen non etiam à carceris metu ſtatim liberatus erat, ideoq́;, quod difficilè eſt ex vinculis cauſam dicere. *arg. l. 25. §. 1. ad Syllan.* utiliter ſecuritatẽ petiit. Ex quibus *Becan. de fide hær. ſerv. q. 9.* conatus eſt excuſare, Conſtantienſe Concilium, quod Huſſium ad focũ rapuerit; ſed habet proculdubio crimen hæreſeos hoc ſingulare, quod adhuc de judice legitimo ejus controvertitur: Et ideò hic repetam & defendam verba *Bodini 5. de rep. 6. p. mihi, 937.* quæ miror, Anton. Poſſevinum librorum Bodinĩ

ni cenſerem, non acumine & [illegible]. Receſſit Hunnius.

Recedo à Tr: defendente omne legitimum pactum eſſe contractum, & viciſſim, omnem contractum eſſe pactum legitimum; Quia quatuor ſunt contractuum genera, nam aut verbis perficiuntur, aut re, aut literis, aut conſenſu. §. *fin. I. de obligat.* ſed pacta legitima ex nullo horum genere ſunt. *V. Bocer. ad l. 23 c. 1. n. 50. de R. I.* Quare nec ſunt contractus, & adeò improbandus Tr: quod omnem conventionem ad actionem efficacẽ contractus nomine cenſet. Et parum eſt, quo movetur *Ant. Fab. ad L. 6. de pact.* Pactum legitimum, niſi adjuvaretur Lege, nudum eſſe; diſtinctio enim cujusq; rei ſumenda eſt à natura intrinſeca, aſſiſtentia autem Legis eſt merũ & putum accidens. Receſſerunt Bach: & Hunn: *Diſſ. 6. th. 2.*

Accedo Tr: affirmanti pupillum ſine authoritate tutoris ne naturaliter quidem obligari, *regulariter. l. 59. de O. & A. l. 41. de cond. ind* niſi quatenus ex contractu ipſe factus locupletior; quo caſu tantum abeſt, ut pòſt Conſtitut: D. Pii nõ obligetur naturaliter, ut etiam obligetur, quod plus eſt, Civiliter. *l. 3. ff. comm.* aut in re aliena dolo malo verſatus ſit *l. 5. de auth. tut. l. 13. §. 5. de dol. mal.* utriusq; exceptionis hæc eſt ratio, ne cum damno alterius locupletur, contrà *l. 14. de cond. ind.* & ne ex dolo ſuo pupillus quid lucretur, vel in malo confirmetur, contra *l. 12. de dolo.* Quibus ergò locis dicitur teneri pupillum ſine tutoris authoritate, non eſt regulari Jure, ſed ſecundum alterutram illam exceptionem accipiendum. Exceptionem concedunt alii, regulam non æquè. Receſſerunt Bach: & Hunn: *th. 5.*

th. 5. Recedo à Tr: affirmante, Minorem ſine curatoris ſui conſenſu promittentem, civiliter obligari: Quorſum enim Curator Minori datur? Sanè eo ipſo quod datur tacitè quaſi omnes moneri videntur, ut curatoris conſenſu cum Minore agant, vel aliàs aſſiduis implorationibus in integrum reſtitutionis, tribunal prætoris perſonaret. *L. 1. de minorib.* Sic itaq; inſidiantium laquei fruſtrantur, quod ni fieret obrueretur innocentia cū laxamento audaciæ. *Tholoz. in Syntag. 21. c. 5. n. 7.* Facit quod nulla ſit perſonalis obligatio, quæ nihil detrimenti realis reſpiciat, ſi quidem verum eſt, obligationem eſſe vinculum, quo adſtringimur ad dandū vel faciendum aliquid *L. 3. pr. de O. & A.* nec tàm perſona eſt in obligatione inſpicienda, quàm propter quod perſona eſt obligata, nempe alicuj9 rei ſolvendæ, inquit, *Juſtin. pr. I. de obligat.* neq; ipſi contrahentes nudam obligationem, ſed factum & dationem reſpiciunt. Et ergò qui Minori Jus alienandi ademtum fatentur, Jus quoq; ſeſe obligandi eidem ademtum fatebuntur. Receſſerunt Bachov: & Hunn:

th. 5. Recedo à communi Dd: ſchola, & ſtatuo bonis prodigo Lege quidem interdici, ſed voce Magiſtratus: Illa quaſi domina eſt, ſed hæc illius miniſtra. Lex Magiſtratui regula eſt, ad quam & cujus vi, ipſe bonis prodigo interdicat. Lex generaliſſimè in theſi definit & proponit. Prodigus eſt qui neq; tempus neq; finem expenſarū habet. *l. 1 pr. de curat. fur.* Magiſtratus aſſumit & concludit in hypotheſi, Titius neq; tempus neq; finem expenſarum habet; Prodigus eſt igitur. Atq; tum ſtatim Titio ipſo Jure bonorum adimitur adminiſtratio. Itaq; prodigus ante Magiſtratus vocem bona ſua adminiſtrare adhuc poteſt *arg. l. 27. de minor.* & per conſequens jure obli-

obligari. *arg. §. 2. l. quib. non eſt perm. fac. teſt.* Quomodo Legis Magiſtratusq; imperia ad idem [illegible] conſtituendum, coibunt.

Sic ſentio. Etſi ſatis argutè & ſpecioſe *Donell. 21. c. 13.* diſputet, quod contrà L L. civiles interpoſitum ſit Jusjurandum, pariter & Legib9 Civilibus, & verbo Dei improbari, ut neutro jure obligationem adferat, quo neceſsè ſit ſervari; & conſentiat *Ant. Fab. 41. err. pragm. 5.* ubi ſtatuit, JCanonici conſtitutiones de confirmationibus actuum jure invalidorum, videlicet renunciationis, ſucceſſionis &c. ſtrictè accipi, nec ad alios caſus protrahi debere, aliàs Legum, ait, omnium violandarũ, prætextu adhibiti jurisjurandi, occaſio captari poterit. *Vide etiam Mynſing. 6. O. 62.* attamen ejus ſententiæ indiſtinctè accedere religio eſt. Nam cum ex Jurejurando duplex obligatio oriatur, altera Civilis, quæ recipienti juramentum acquiritur, altera ſpiritualis quæ ipſi Deo; illa quidem, ſed nullo modo hæc eludenda eſt, præcipuè quando actus ſuper quo juratum eſt. illicitus fuit tantũ JCivili; ſin autem jure ſimul gentium & naturæ illicitus eſt, hoc caſu Juramentum ipſum obſervare, peccare eſſet. Quare ne facere cogatur quod promiſit, abſolvendus, poſteaq; jurans ob levitatẽ ſuã mulctandus erit. &c. *lib. 7. tit. d.*

Quoniam intricata eſt diſputatio ad *l. 18. C. de transact.* paucis ego ſic me explico, & quædam cum Tr: & contrà eum, ſtatuo. Prima autem regula mihi hæc erit. De his quæ ſanguinis pœnam irrogant, rectè tranſigim9. *d. l. 18.* Franc. Hottoman: huic contrariam conſtituit. *qq: ill: 23.* ex naturali ratione diſputans, quod quib9 criminibus Lex pœnam ſanguinis impoſuerit, ea illã adeò *Diſp. 7. th. 5.*

 côer-

cŏercenda judicaſſe, ut ſine reipubl. detrimento tegi ac diſſimulari non poſſint, quæ verò leviore pœnâ damnaverit, in iis facilius accuſatori, ut ab actione deſiſteret, videri conceſſiſſe: Verùm aberrat Hottoman: quando ita tranſigendo atrocia delicta tegi impunitaq; manere exiſtimat, nam etſi reus ſemel evaſerit, poteſt iterum perire, cum multis etiamnum modis ad pœnam deveniri poſſit. *arg. §. 1. I. de publ. jud. juncta l. 3. pr. de transact.* Omninò autem crimina capitalia objectum transactionis non ſunt, ſcilicet ut per eam illa remitti poſſint. *arg. l. 7. §. 14. de pact.* ſed ſolùm Jus accuſandi, quod quis privatis competit, tranſigendo remitti poteſt. *Vide aliter Weſenb: in ϖ. de transact. n. 5.*

ch. 5. Hujus regulæ exceptio mihi erit, Crimen adulterii &c. *l. 18.* rationē exceptionis variam inveſtigarunt in[illegible] ſed vix invenere, ait *Gœdd: de contrah. ſtip.* [illegible] duodecim refert *Delrio ad hanc l. 18. p. 2.* undecim *Hunnius c. 3. q. 6. de transa.* admodum inſolens, & dura eſt, quam *Ant. Faber 2. conj. 20. ſubdit:* apud Impp: poſteriores & ſanguinis pœnā huic crimini injungentes, & transactionem de eo prohibentes, voluntatem pro ratione fuiſſe; abſit illud maximè de Impp: Chriſtianis dicere, quibus vel ſola Legis divinæ ratio ſufficiebat. *Deut. 22. verſ. 22.* Gilkenius *ad d. l. 18. ex l. 30. C. adult:* deſumit aliam; ſed quomodo ratio noſtræ *l. 18.* utpotè prioris, poterit ſumi ex *d. l. 30.* poſteriori? ut adeò ſuavis ſit *Hunnius, d. q. 6. inf.* quum ad hoc, non eſſe attendendū quid ſenſerint Dioclet: & Maxim: *d. l. 18.* auctores, incongrue reſpondet. Alias adferunt Tr: noſter, Donell. Cujac. Coraſ. Duaren. quæ omnes ſuas patiuntur difficultates, de quibus inter diſputandū, rectè enim hæc & iſta integrum

com-

commentarium requirere, monuit *Gudd. d. c. 8. n. 14.*

Magis laborarunt noſtri Interpp: Quomodo cōveniat Th. 5.
regulæ propoſitæ hæc exceptio. Benè probat *Klock. p. 1. c. 1. de transa.* contrà multos, quod adulterium tempore Diocletiani nondū fuerit capitale, atq; hoc jam inter omnes conſtare dicit *Hottoman: d. q. 23.* Quod ſi igitur capitale nō fuit, ridiculè adulterii non capitalis exceptio ſub regula de capitalibus criminibus ſubjuncta eſt. Et itaq; ſine cunctatione concludendum arbitror, verba illa: *excepto adulterio:* à Triboniano eſſe, propter novum de adulterii pœna inſtitutum, adjecta. Moveor maximè, quod aliàs in reo, præſuppoſito adulterium eſſe capitale, nulla ſatis idonea appareat exceptionis ratio, nec ex 11. vel 12. illis, quas Hunnius & Delrio dd. ll. referunt. Quapropter nihil eſt, quod Dd: ex L. Julia, adulterium capitale *fuiſſe contendant*, de quo etſi adhuc ſub judice lis ſit, concedam tamen illud. Itaq;, adulterium capitale eſt. De criminibus capitalibus permiſſa eſt transactio. Ergò cur reus in adulterio accuſatorem corrumpere non poterit? ab iis jam quæro. Quam commodam cum dare nō poſſint, exceptionis ſurrogationem Triboniano inviti mecum imputabunt; quam cum *Hunnius vol. 1. p. 1164. col. 2. in f.* ſolitam fuiſſe Triboniano dicat, magis hoc loco imputare debuiſſet.

Altera regula mihi hæc erit: De aliis, quæ ſanguinis th. 6.
pœnam non ingerunt, tranſigere non licet, citrà falſi accuſationem. *d. l. 18.* ratio prohibitæ transactionis in nō capitalibus criminibus nulla alia eſt, quam ne perſecutio judicii publici privatorum conventionibus omittatur & remittatur, cum accuſator dictando judicium publicum non intereſſe ſuum, ſed Reipubl: ſe proſequi

ſequi profiteatur. Dices: Hæc ratio æquè & magis militat in capitalibus. Fateor, ſed in his excluditur ſola ſet ratione miſerationis, *l. 1. de bon. eor.* adeoq; eâ in non capitalibus ceſſante, ſuccedit ratio Jcommunis, ut accuſator quidem incidat in Turpillianum, *l. 1. §. 10. in f. ad turpill:* reus autem habeatur pro confeſſo & convicto, *l. ult. de prævaricat.* quod ex Klocken benè explicat Bachov. hic. Hottoman: *d. q. 23.* hanc quoq;, ut ſuperiorem, regulam invertit, cui commodè tamen reſpondit *Hunnius c. 3. q. 12. de transa.* Dixi: citrà falſi accuſationem, ideſt, ſine falſi crimine, ſans commettre fauſſetè, ut nec de crimine falſi tranſigere licere exiſtimem.

Diſſ: 8. th. 4. Accedo Tr: & Bach: facientibus infamiæ duo genera: Unum ejus, quam vocant infamiam facti; alterum ejus, quam vocant Juris. Et licet nomina hæc in jure noſtro non extent, attamen ipſam rem & diviſionem hanc textus juris ſuppeditant, *l. 13. C. ex quib. cauſ. inf. irrog. juncta l. 3. pr. de lib. & poſth. l. 2. de obſeq. l. 20. de his qui not. inf. l. 2. C. de dignit. l. 27. C. de inoff. teſtam.* ex quibus apparet, præter infamiam illam veram, eſſe aliquam leviorem, quam mihi Facti nomine appellare libet, non quod illa penitus omni Juris effectu deſtituta, ut malè *Ant. Fab. ad l. 4. §. 4. de his qui not. inf.* Sed ex ſola facti improbitate oriatur, circà quam Lex nihil ſtatuat. *Freber. de fama. c. 22.* Receſſit Hunnius.

th. 5. Recedo à Tr: Bach: & Hunn: abſolutè negantibus, Advocato licere ad convincendum adverſarium fallaciis uti; quoniam id ei licere, tum ad cavillationes adverſarii evitandas, tum ad ipſam cauſam obtinendam, frequentius obtinuit. *Covarr. 1. var. reſ. 2. n. 1.* Equidem

hoc

[illegible] cum [illegible] ad [illegible] fraude, [illegible] quitam cum [illegible] ni ſpecies ſit, ſi quis per diſſimulationem [illegible] aliena *l. 1. §. 2. de dolo.* Licebit & *aliud*, cum dolum [illegible] facere non videatur, qui fraudem excludit. *l.* [illegible] *de leg. 2. de rec̃tè Alb. Gentil.* Malitiæ per malitiam occurritur juſte, nec calumnia utitur, ſed prudentia qui alium fallit, ne fallatur. *2. de arm. rom. c. 2.* Unde nec peccabit, qui in extremo caſu & præcerto amittendæ rei ſuæ periculo, falſa allegatione utitur. *arg. Mynſing. 3. O. 6.* caſum ejuſmodi inter diſputandum figurabimus.

Accedo Tr: affirmanti, Legem divinam antiquam & Evangelicam offendere eum, qui duas eodem tempore habet uxores, quod oſtendit quod ſcriptum eſt *Gen. 2. verſ. 24. juncto Matth. 19. verſ. 8.* Miris modis conatus eſt impurus Ochinus hunc locum nobis extorquere, itaq; retudit eum *Beza de polyg.* Excitatur tamen difficultas, quod etſi ex prima lege conjugium fuerit concluſum inter duas perſonas tantum, attamen Sanctos patres ab ordinatione iſthac divina receſſiſſe. Hic alii patres prorſus excuſant, alii peccaſſe quidem confitentur, aſt culpam elevant, quamvis homines etiam nonnullos hac in re fuiſſe minimè diffiteantur. Ego approbo judicium *Rober. Mentzeri de conjug. p. 22.* Receſſit Hunnius, qui duriuſculè, ne quid gravius dicam, loquutus eſt, Deum polygamiæ eſſe auctorẽ, idq; luce meridianâ clarius eſſe. *th. 3.*

Recedo à Tr: ſtatuente procuratorem ad agendũ ſimpliciter datum, interpoſitam appellationẽ, ſi quidẽ velit, poſſe de Jc ivili proſequi; & amplius cum hoc Ju- *Diſſ. th.*

re teneri, ego exiſtimo per *text. L. 2. an per al. cauſ. ap-pell.* Equidem JCanonico ſententia Tr: diſertè com-probata eſt, *c. pen. extr. de procurat.* nam eo ipſo quia Pontifex ibi non teneri proſequi inuitum ſcribit, poſſe volentem id facere innuit. Quare ſi pro Tr: generale Dd: enunciatum allegare volueris, quod quando ali-quid dubium de JCivili, & clarum de JCanonico, hinc ſtandum ſit, etiam in foro ſeculari, à me replicabitur, clarè & in derminis deciſam hanc in JCivili quæſtionem eſſe, per *d. l. 2.* ad quam non niſi divinatoriæ dari poſ-ſunt ſolutiones. Receſſerunt Bachov. & Hunn.

th. 5. Recedo à Tr: & Hunn: admittentibus Minorem 25. annis, qui implevit 17. annos, pro legitimo procurato-re ad judicia; Quia, quoties Minoris læſio, & inde re-ſtitutio, metuitur, toties juſtè cum adverſarius recuſat *L. 51. de procurat:* at ea ſemper & omni caſu metuenda eſt. Vel enim loquimur de domino majore, vel 25. an-nis minore, quorum uterq; minorem. 25. annis procu-ratorem ad lites conſtituerit. Si de illo domino; Sanè procurator ipſius Minor non reſtituitur, niſi eventu da-mnum paſſurus ſit, *L. 23. de minor.* at adverſario ſem-per metuendus eſt ille caſus, *d. l. 23. vide Bach. vol. 1. p. 302. arg. 2.* ſin verò de hoc; Quia tum & procurator & ipſe dominus Minores ſunt maximè ſubeſt idem reſtitu-tionis metus. *d. l. 23.* Quocircà cum *in §. 5. I. quib. ex cauſ. manum.* Minor procurator ab etiam minore con-ſtituatur, de alio, quam ad negocia procuratore, com-modè accipi vix poterit. Ergo ſemper & omni caſu ad-verſarius minorem 25. annis ob eluſorii judicii pericu-lum, juſtè recuſare poteſt; cœteroquin eo, tacente &

pati-

patiente adverſario, admiſſo, judicium poſteà non erit ipſo jure nullum. Receſſit Bachov.

Accedo Tr: & Bachov: procuratorem actoris cum cautione de rato non aliter admittentibus, quàm ubi ille aliquam ſaltem de voluntate domini fidem fecerit; Quod ſi ſe mandatum habere tantum dicat, nil quicquàm autem de mandato probet, nihil producat, nullo modo fidem faciat (verba ſunt Hunnii) quanquàm cautionem hanc offerat, audiri tamen admittique non debet. Vel enim procurator, qui dicit ſe habere mandatum, falſum dicit, & falſus eſt procurator, nec ulla viâ ad agendum admittetur, ſicuti hoc omnes concedunt; vel verum loquitur, & facilè de mandato nonnihil docere poteſt, atq; debet; ſiquidem nudæ ſuæ adſertioni, quod voluntatem domini habeat, non relinquetur, aut planè redigetur effectu ad inſtar conjunctæ perſonæ, contrà *l. 35. de procurat:* Receſſit Hunnius. *Th. 7. lit. h.*

Accedo Tr: negāti negociorum geſtores generaliter, & ex natura hujus q. contractus, de leviſſimâ culpâ teneri; per ſolidam rationem, quod alioqui abſentis negocia indefenſa facilè relinquerentur. Ecqui enim ea ſuſciperent, in quibus expediendis exactam, quamq; diligentes patresfam: propriis rebus adhibent diligentiam non ſufficere ſcirent? quæ ratio caſu quo alios gerendo antevertimus, qui nobis diligentiores commodius adminiſtraturi fuiſſent negocia, hoc eſt, & potuiſſent ea commodius adminiſtrare, & adminiſtrare voluiſſent, niſi is, qui geſſit, præoccupaſſet, locum non obtinet, & per conſeq: tum demum negociorum geſtores de leviſſima culpa tenentur. Qui à Tr: receſſerunt tripliciter peccant, quod non diſtinguant *Diſp. 10. th. 5.*

tum inter *verum & q. contractum*; tum inter *poſſe & eſſe*; tum maximè inter *affectionem & affectationem*. Receſſerunt autem Bach: & Hunn:

Diſp. 11. th. 5. Accedo Tr: affirmanti, actiones arbitrarias tertiū genus conſtituere; Enimverò cum quidam Doctorum actiones arbitrarias, neq; bonæ fidei eſſe, quidam autem, neq; etiam ſtricti juris eſſe, diſputent & oſtendant, ego inde concludo & dico tertiam ab iſtis diverſam conſtituere eas ſpeciem. Sanè Doctores qui haſce arbitrarias ad actiones ſtricti Juris referunt, iidem tamē libenter concedunt, illas ipſas naturâ actiones ſtricti juris, fieri arbitrarias; & indè ego, cū per hanc ipſam qualitatem incipiant plus participare de bonæfidei judiciis, quam de ſtrictis, tertiam præter illas conſtituendam exiſtimo, nam licet arbitrariæ multum à bf judiciis participent, quia tamen plurimum adhuc differunt, ad claſſem bf actionum referri non poſſunt. Receſſerunt Bachov: & Hunn:

th. 11. Recedo à Tr: negante debitorem pupillarem tutori, non tamen mandato judicis, ſolventem, pleniſſimam conſequi liberationem; propter *l. 46. §. 5. inf. de admin. tut.* ubi reſpondetur debitorem hoc caſu ipſo jure eſſe liberatum, & per conſeq: contrà taliter liberatum pupillus non reſtituetur. Et utiq; tantum ille qui Temerè pupillo ſolverit, nihilominus condemnabitur. *§. 2. I. quib. al. lic.* Atqui is Temerè non ſolvit qui cum tutoris auctoritate pupillo ſolvit; aut certè eum propter temeritatem ſuam ipſo Jure liberatum eſſe *in d. l. 46. §. 5.* abſurdè ſequetur. Cœterùm Tr: ſententiam lauſſimè *Hilbg. D. E. 16. c. 10. lit. f.* excepit, cujus oppoſitiones ut felicius

licius ſeu expeditius reſolvantur, diſtingui poteſt inter Jus vetus *in d. l. 46. §. 3.* & novum *in. l. 25. C. de admin: tut:* quæ eſt pòſt conſulatum Lamp: & Oreſt: Bach. hic.

Accedo Tr: Bach: & Hunn: negantibus ex capite ignorantiæ reſtitutionem dari, ex invicta ratione, quod contraria ſententia admiſſa totum planè Jus uſucapionum & præſcriptionum penitus everteretur, contrà bonum publicum, quod eſt ut litium tandem ſit finis, nec dominia perpetuò ſint in incerto *l. 1. de uſucap.* Atq; hinc etiam eſt, quod nec tempus reſtitutionis petendæ à die ſcientiæ computandum ſit; Sanè aliàs nemò unquàm rerum ſuarum ſecurus eſſe poſſet, vel optimæ fidei poſſeſſor, quonim hoc modo etiam pòſt mille annos reſtitutio peteretur. Cœterum communiſſimè Dd: diſſentiunt, ut videre eſt ex alleg: à Bach. hic. quorum affirmativam ſententiam uſu receptam, ſed noſtram negativam tamen eſſe LL. conſentaneam, ait *Fachin. 1. c. 69.* quod ſi ita eſt, ferè & verè exclamare licebit cum Ulp. *in l. 13. §. fin. de injur.* hoc quidē receptū eſſe, ſed nullo jure. *th. 37.*

Illud extrà controverſiam eſt, quod Clerici laicorum Jdictioni non amplius ſubjiciantur: De hoc autem nō conſtat, quonam jure illi à Secularium Jdictione exemti ſint. Equidem *Covarr: pr. qq. 31.* audacter negat illam exemtionem Jdivino acceptam ferri poſſe, ſed eam à Jhumano originem ſumſiſſe, quod etſi argumento *l. 25. 33. 37. §. f. C. de epiſc. & cler. juncta Auth: ſtatuimus. C. eod. N. 83. 123. c. 21.* probabiliter confirmetur, interim cum Covarr: ſimpliciter ſtatuere, vereor. Cœterū ſtante ſententia Covarruviæ, ipſe inſigniter fallit *d. q. 31. n. 5.* dum ibidem contendit, non ſatis juſtam & rationabilem *Diſp: 12. th. 9. lit. b. & th. 10. lit. a.*

 eſſe

eſſe conſuetudinem V. G. Angliæ, Galliæ, qua realis actio cōtrà Clericum coràm judice laico inſtituenda eſt; ut neutiquam etiam abſurdum ſit, ſi per contrariam cōſuetudinem res ad ſuam naturam redeat. *Vide Geil. 2. O. 37. n. 4.*

th. 11. et th. 7. Accedo Tr: defendenti ordinarium quoq; judicem de JCivili poſſe recuſari; quod ratio Imperatoris in *l. 16. C. de judic.* manifeſtè ordinario conveniat; videlicet quod ſine ſuſpicione omnes lites procedere debeant; neq; ſatis conſultum erit partibus, ſi etiam cum alio ſuſpecto judici cauſam cognoſcere & decidere permittere præcisè cogerentur. Cœterum Hunnius & plæriq; alii omnes argumento *l. 9. de lib. cauſ.* utuntur, nimirum judicem in cauſa liberali recuſari poſſe. *d. l. 9.* at hunc eſſe ordinarium, non judicem datum. *l. 2. C. de pedan. judic.* & ergò ipſum ordinarium poſſe recuſari, ſed minus conſultò, parum enim abeſt quin ipſam aſſeverationem *d. l. 9.* infringat, quandoquidem à Prætore partes ad judicem pedaneum mitti dicebantur, quâ formâ loquendi cum utatur JCtus *in d. l. 9.* videri poteſt, in cauſis ſtatus judices olim datos fuiſſe; quod & placet Tr: & Bach: Diſplicuit autem Hunnio.

th. 14. In quæſtione, An ſecundum acta & probata, an ſecundum conſcientiam judicandum ſit, ita ſtatuo. Judex coràm quo cauſa ventilatur vel *ſupremus* eſt, & poteſt cauſam differre, dum veritas, quæ filia temporis dicitur, emergat, aut debet actis in judicando conſcientiam ſuam præferre; vel *inferior* eſt, & ſi ponas eum judicare debere, planè in hac exacta terminorum oppoſitione, cōtrà acta ſecundùm conſcientiam, pronunciabit. Verū quod ita innocenti plenè non conſulatur, peribit

enim

enim adhuc ſub judice [illegible]
[illegible] & quamdiu [illegible]
ſequetur, [illegible] judex, ſi obſtinate [illegible]
remq; deferat ad ſuperiorem, quomodo [illegible]
[illegible] ſervabitur: ac licet ipſe ſolus atteſtetur [illegible] auctoritate & circumſtantiarum explicatione judicem movere poterit, apud quem aliàs poſt ſententiam à ſe latam teſtimonium ejus nullius erit futurum momenti, ut vel ideo ipſe judicare non debeat, tantoque minus PERJURUS exiſtat, ſicuti malè voluit Hunnius, qui etiam fruſtrà generalia juris cõtrà hunc casũ, qui ſingularis & de rarò contingentibus eſt, adducit. *arg. l. 4. 5. de LL.*

Sic ſentio: Pater qui filium in poteſtate habet, eum vel heredem inſtituere, vel exheredem nominatim facere debet, cœteroquin inutiliter teſtabitur. Hinc duo emergunt. *Primum eſt*; an hodiè patris teſtamentum in quo filium ſine juſta cauſa exheredavit, ab initio validum ſit? & ſub diſtinctione reſpondeo. Pater in teſtamento ſuo *vel ſimpliciter* ſcripſit, V. G. Titius filius meus exheres eſto: vel *in genere* cauſam adjecit, V. G. quia ergà me ingratus fuit: & illud teſtamentum ipſo jure nullum eſt, adeoq; nec heredi licebit objicere & probare cauſam aliquam ingratitudinis: hoc autem ab initio validum, utcunq; filius ſine juſta cauſa exheredatus ſit, adeoq; per querelam reſcindendum erit, & per conſeq: audietur heres quoque, ingratitudinis probationem offerens. *Bachovius hic*. Cœterum reſcindetur quoad inſtitutionem tantum, non etiam legata. *N. 115. c. 3 in f.* ut adeò juris regula *l. 7. de R. I.* non obſtet, ſiquidem ex poſt facto pro parte teſta-

Diſp. 13. th. 1. lit. b. & f. junctâ diſputat. 11. th. 1. vol. 2. lit. c. & h.

teſtatum videri abſurdum non eſt. *l. 15. in f. de inoff. teſt.* quæ regula obſtat graviter Dd: qui communiter contrarium ſtatuunt, quippè ſic illi contrà eam concludunt, patrem hoc caſu ab initiò partim inteſtatum ſcilicet quoad inſtitutionem, partim teſtatum quoad legata, deceſſiſſe. Receſſit Hunnius.

Alterum eſt: an hodiè patris teſtamentum, in quo filium ſilentio præteriit, ita nullum ſit, ut nihil ex eo deberi poſſit? Quod cum *Tr: & Bach:* affirmo. Quia veriſſimam juris rationem, qua nihil in teſtamento citrà inſtitutionem valere poteſt, *l. 178. de R. I.* & ſimul regulam *d. l. 7. ff. eod.* dicere ſublatam eſſe, perquam durum eſt, quod tamen diſſentientes factum eſſe per *d. N. 115. c. 3.* inquiunt; ſed nunquam oſtendent; Siquidem in eâ Juſtin: ita Jus vetus correxit, ut non amplius liceat, quod olim licebat. Et ergò quod olim non licuit, id intactum Juſtin: reliquit; ſed olim non licuit patri filium præterire citrà nullitatis vicium. Unde ſi extenderis conſtitutionem *d. N.* ad caſum præteritionis paternæ, utiq; injuriam filiis inferes, quam tamen Juſtin: in *d. N.* auferre voluit: Itaq; prædicata in *d. N. exheredare, præterire:* propriis ſubjectis commodè applicari debent. Receſſit Hunnius.

Th. 8. Recedo à Tr: & Hunn: negantibus liberos poſſe exheredari ob cauſas pares vel majores iis, quæ *N. 115. c. 3.* expreſſæ ſunt, propter ſummam rationem, ne parentes impio & indigno filio bona ſua aliquo caſu relinquere neceſſum habeant. Enimverò cum plures præter enumeratas in *d. N.* ingratitudinis cauſæ dari poſſint, quippè facta ſingularia quodammodo ſunt infinita. *2. F. 24. in f.* nec ideò etiam Tribon: cauſas omnes, quandoq; enumer-

merſuras, enumerare potuerit. *L. 12. de LL.* caſus talis eveniret facilè. Et licet poſſint ſibi in parentes injurii alio modo coërceri, etiam præter exheredationem, nihilominus hoc caſu parentes cogi, filium ingratum heredem ſcribere, odioſſiſſimum eſſet; nam quia talem exheredare ſalvo teſtamento haud poſſent, ut adeò teſtamentum validum condant, inſtituere neceſſum habebunt, quo quid ultimæ voluntati magis contrariū & injuſtius eſt? planè iſto caſu parentes citius nō diſponent, quam ut ita filium ingratum heredem ſcribant. Quare majores & ſimiles cauſas hodiè faciliùs admittemus, quod ætas parentum pejor avis tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vicioſiorem. *Horatius*. Receſſit Bachovius.

Controverſiam, quæ eſt inter Dd: num hodiè ſolo inſtitutionis titulo legitima debeat relinqui? diſtinctionis fœdere facilè dirimam: aut filius non eſt inſtitutus, aut eſt: *Si prius*, tum vel præteritus, & totum teſtamentum ipſo Jure non valet, juxta *not: ad th. 1. hujus diſp:* vel exheredatus eſt; ſi ſimpliciter, & obtinet jus idem, quod in præteritione receptum eſt; ſin autem cum cauſa generaliter ſpecialiterve adjecta, teſtamentum validū eſt, & adeò poteſt querela inofficioſi illud impugnare, *juxta not: ad th. 1. hujus diſp: Sin verò poſterius*, & tum per inſtitutionem conſecutus eſt, aut totam legitimam, aut partem aliquam, & utrinq; teſtamentū ſubſiſtit, filiusq; nec querelabitur; vel enim præter eam partem aliquid per legati fideicommiſſivè occaſionem accepit, & hoc in legitimam imputabit. *N. 18. c. 1.* vel inſuper nihil ei relictum fuit, & ad ſupplementum legitimæ condictione ex Lege aget. *N. 115. c. 5. pr.* *Th. 12.*

Diſp: 14. th. 19.

De Impenſarum reſtitutione ita Jus eſſe exiſtimo: Neceſſarias impenſas & B. & M. fidei poſſeſſores officio Judicis poſſunt conſequi, quod iniquum ſit, alterum cum alterius jactura locupletari. *l. 38. de petit. hered.* ubi Paulus expreſsè ſcribit, quod etiam citrà exceptionem doli mſpoſſeſſoribus officio judicis ſuccurratur; ſcilicet ipſos in poſſeſſione defendendo usq; ipſis impenſas ſolverit petitor. Et ergò ſi fortè poſſeſſione exciderint, an ſaltem bſpoſſeſſoribus pro hiſce impenſis etiam actionem concedemus? quod videtur negandum cum *Ant. Fabro 26. error prag. 9.* æquitatem quidem quâ iniquum eſt alterum &c: etiam hic urgere poſſemus, cum Hunnio; niſi ratio juris actionem negaret, quod conſtet bſpoſſeſſores ſibi ſuo nomine omnia geſſiſſe, impenſasq; feciſſe, *l. 6. §. ſed ſi quis. de neg. geſt.* Ita à Tr: recedo cum Bachovio.

Utiles impenſas itidem b. & m fidei poſſeſſores officio Judicis conſequi poſſunt, *d. l 38. de hered. petit.* Sed illi indiſtinctè; mfidei autem poſſeſſores tùm demum, ſi res exſtet, & melior facta ſit, *d. l. 38.* in f. & inſuper judicio univerſali, nimirùm hereditatis petitione agatur. Etenim rei vindicationis ſingularis diverſa ratio eſt, qua ſi conveniantur tantùm ipſis poteſtatem facio, ut quod poſuerunt, tollere poſſint. *l. 37. de rei vindic.* atq; hujus diſtinctionis ope pugnantes inter ſe textus juris *d. l. 38. d. l. 37. l. 7. §. 12. de A. R. D.* &c. non incommodè conciliari poſſe videntur. *Vide Bachov: vol. 2. p. 231.* Voluptuarias autem impenſas, mſpoſſeſſores tollere, ſed bſpoſſeſſores etiam exceptione doli poſita deducere poſſunt. *l. 39. §. 1. de petit. hered.* Ita à Tr: recedo cum Bachovio.

Quæ-

Quæritur, quid juris habeant poſſeſſores in fructibus rei alienæ? & expeditum eſt, Mfpoſſeſſores omnes omninò fructus reſtituere debere, etiam quos non perceperunt, honeſtè tamen ab ipſo petitore percipi potuerunt. *l. 62. §. 1. de rei vind: l. 22. C. eod.* Circà bfidei autē poſſeſſores, difficilior tractatio eſt: Et quæritur vel de fructuum acquiſitione, vel acquiſitorū reſtitutione; ubi de acquiſitione quæſtio eſt; reſpondeo. Bfpoſſeſſores poſſe fructus naturales ſolâ etiam perceptione, uti induſtriales, acquirere; verum cum de reſtitutione agitur, teneri eos ſupervenienti domino indiſtinctè reſtituere: ut exiſtimem fruct9 naturales & induſtriales perceptos acquiri quidem bfpoſſeſſoribus, non tamen omninò perfectè, ſed revocabiliter. Poſt perceptionē autem fructus naturales & induſtriales conſumere, & ita quoq; acquirere poſſunt, quo modo acquiſitos non tenentur reſtituere, niſi tamen locupletiores ex conſumtis fructibus fuerint facti. Itaq; tria hic cum Treutlero contrà Hunn: & Bachov: ſtatuo defendoq;. *Diſſ: 15. th. 11.*

Accedo Tr: affirmanti fructus naturales *ſolâ perceptione*, uti induſtriales, bfpoſſeſſori acquiri; Quo modo enim bfpoſſeſſor fructus induſtriales ex alterius facto & operâ natos acquirit, eodem quoq; naturales acquirere poteſt, nam ubi una eademq; acquiſitionis cauſa, ibi unus idemq; acquirendi modus eſt. Sed illos ob ſolam bfidem, qua credidit ſuum fundū eſſe, in quo alter ſevit, percipiendo acquirit. *l. 48. pr. de acq. rer. dom.* Ergò & hos quoq; ob eandē bfidē eodem modo acquiret. Opponitur *l. 45. de uſur.* ex qua ita diſſent: concludunt. Bfpoſſeſſor eos fructus perceptione acquirit, qui ex facto ejus naſcuntur. Sed naturales non ex facto ejus *1. eſt.*

 naſcun-

naſcuntur. Ergò: Sed ex adverſariorum propoſitione ita ego adſumam. Atqui fructus induſtriales ab alio, in fundo bpoſſeſſo ſati, ex facto bfpoſſeſſoris non naſcuntur. Ergò illi perceptione non acquiruntur. Concluſio eſt manifeſtò falſa. *d. l. 48.* aſſumptio autem vera. & ergò propoſitio falſa; adeoq; verba *d. l. 45. verſ. fin.* ut cum *d. l. 48.* conſentiant, ita reſtringenda ſunt, ut in *d. l. 45.* reſpectu fructuum induſtrialium ex induſtriâ propriâ natorum, pari ratione percipi quoq; naturales, negetur, quia hi non ex facto bfpoſſeſſoris naſcantur; verum *in d. l. 48.* ſicut induſtriales ex alienâ operâ natos bfpoſſeſſor percipiendo acquirit, propter bfidem; ita etiam cum horum reſpectu naturales ob eandem bfidem acquirere poſſe, affirmetur. &c. Receſſerunt Bach: & Hunn:

2. eſt. Accedo Tr: & Bach: affirmantibus Bfpoſſeſſorem domino ſupervenienti ad reſtitutionem fructuum naturalium induſtrialiumq; perceptorum teneri. Quod enim ſub conditione demum perfectè & citrà ullum metum avocationis alteri acquiritur, id deficiente conditione ab eodem revocari poterit. *L. 44. 112. de cond. & dem.* ſed fructꝰ naturales & induſtriales demum ſub cōditione, nimirum ſi conſumti ſint, perfectè bfpoſſeſſori acquiruntur. *L. 4. §. 2. fin. reg. L. 4. §. 19. de uſucap. L. 40. de A. R. D. &c.* Quare ſi non conſumti ſint, quaſi deficiente conditione poterunt revocari: &c. de quibꝰ in συζήτησι. Obſtare hoc maximè videtur, quod ſuprà dixi, perceptionem eſſe modum acquirendi dominii; videntur autem eſſe hæc contraria aliquem factum eſſe dominum, & tamen eundem ad reſtitutionem teneri: Sed contraria non ſunt ut colligere licet *ex L. 66. de rei vind.*

vind. L. 8. C. de revoc. donat. & l. 1. de in diem addict. Et bſpoſſeſſores ſolâ perceptione loco domini penè cõſtituuntur, *L. 48. de A. R. D.* tollant itaq́ voculam penè, ut fiant domini plenè, quod facient vel per uſucapionem *l. 48. §. 5. de furt.* vel conſumtionem *d. l. 4. §. 19.* receſſit Hunnius.

Accedo Tr: affirmanti, dominum poſſe etiam quosvis fructus conſumtos à bſpoſſeſſore, usq́; eò, quo locupletior factus eſt, repetere, ſiquidem de fructibus extantibus indiſtinctè tenetur bſpoſſeſſor. *l. 22. C. de rei vind.* Sed fructus conſumti, ex quibus quis locupletior eſt factus, habentur pro adhuc extantibus, nam vix eſt, ut conſumtum videatur id, quod bſpoſſeſſorem locupletavit, tanquàm quod in corpus patrimonii verſum eſt, *arg. l. 23. de adim. leg. l. 70. in f. 71. 72. de leg. 2.* Ergò de conſumtis in quantum eſt locupletior, adhuc tenebitur; & naturalis civilisq́; ratio eſt, neminem cum jactura alterius conditionem ſuam poſſe facere meliorem, quæ quod tàm in judicio ſingulari, quàm univerſali militat, utrobiq́; bſpoſſeſſorem teneri, defendam. Receſſerunt Bach: & Hunn: *3. th.*

Vulgata Dd: diviſio eſt Uſusfructus, in cauſalem & formalem, quæ ſi ad vivum reſecetur, vana fortè fuerit, docendi tamen gratia non omninò explodenda, dummodo ita explicetur: Uſum fructum in genere ſumtum definiemus, Jus re aliqua utendi, ſalva ſubſtantia: prout verò res illa propria vel aliena eſt, ita quoq́; Cauſalis vel formalis uſusfructus efficitur. Formalis definiri poteſt, jus alienis rebus utendi fruendi ſalva ſubſtantia. *L. 1. de uſufr.* Cauſalis, jus percipiendi fructus ex *Diſp. 16. th. 1.*

 re pro-

re propriâ, *arg. l. 21. §. 3. de exc. rei jud.* ille jure ſervitutis meus eſt. *l. 1. de ſervit.* hic Jure proprietatis. *arg. l. 126. §. 1. de V. O.* Quomodo facilis nunc erit explicatio *l. 4. de uſufr.* nimirum ibi uſumfructum pro Jure ſumi, quod quisq; in re ſua habet, & quod Dd: vocarunt uſumfr: cauſalem. *Mercer. in concil. ſuo.*

th. 10. Veriſſimam exiſtimo ſententiam eorum, qui ſtatuunt fructuarium poſſe ipſum jus reale, quod in utendo fruendo conſiſtit, in alium transferre & alienare, per expreſſiſſimum textum *l. 8. §. 2. ibi. utrum jus utendi, quod ſolum tuum eſt, vendas &c. de peric: & com: rei vend.* & ex *d. §. 2.* ſic argumentor. Si Jus utendi fruendi fructuarius venditor vivus, emtoris debet heredi, ſequitur manifeſtè jus illud fructuarium alienare poſſe. Verum prius *d. §. 2.* Ergò &c. Hic adverſarii reſpondent, verba Jus utendi &c, debere tantum intelligi de nuda commoditate utendi percipiendiq; fructus; verum hæc petitio principii eſt, & profectò tot in locis uſusfructus alienabilis, non impropriè ſumi præſumendus eſt, cum propriè Jus ſit. *L. 1. de uſufr.* non nuda commoditas. Bachovius.

Diſp: 17. th. 3. Ego exiſtimo & defendam, naturali libertate licere aperto pariete noſtro ita feneſtram habere invito vicino, ut in ejus aream vel domũ proſpicere poſſimus: Nam cum proprium parietem deſtruere liceat, ſicque cujusvis oculis objicere ædes & aream vicini *Hottom. 2. amic. reſp. 31.* quid ni magis licebit cœcũ parietem aperire ut proſpiciatur? & quidvis in noſtro facere poſſumus, dummodo in alienum nihil immittamus *l. 8. §. 5. ſi ſerv. vind.* Qui verò in ſuo pariete feneſtras facit, reverà nihil immittit: Et apud Jctos noſtros multum intereſt pedesne

deſne an oculi in alienū immittantur. Quamvis verò plurimū referat vicini, ſecreta ejus nō videri; attamen nemo cogi poteſt ut vicino proſit cum detrimento ſuo. *a. leg. l. 2 §. 5. de aq. pluv. arc.* Itaq; poſſum jure dominii aperire parietem propriū, nec neceſſe habeo ad hoc prius quærere à vicino aliquam ſervitutem; ſed viciſſim poteſt vicinus contrà ædificare, agere autem Jus mihi non eſſe parietem apertum habere, nequaquam poteſt.

Cœterum, ne liceat vicino contrà ædificando feneſtram eam apertam viciſſim obſtruere, cōſtitutione ſervitutis, intellige *ne luminibus officiatur*, non *luminum*, opꝰ eſt. Et ego inter haſce ſervitutes manifeſtam talem agnoſco differentiam. Servitus, *ne luminibus officiatur*, conſtituitur quando vicinus in ſuo ædificando, feneſtram, quam in ejus aream per parietem meum habeo, occludere nequit; Servitus verò *Luminum*, cum quis jus aperiendi feneſtram in pariete vicini eſt adeptus: ut ita hæc in alieno prædio nobis conſtituatur, illa præciſè in noſtro ſit prædio. *arg. l. 4. de S. V. P.* & ergò jure libertatis proprium parietem aperire quidem licet, ſed ita aperire, ne contrà ædificetur, impoſita demum ſervitute, ne luminibus officiatur, licet. Atquin vicini paries Jure ſervitutis omninò aperiendus eſt, ſcilicet poſtquàm Luminum fuerit conſtituta ſervitus. atq; ita haſce ſervitutes diſtinguendas eſſe, ego, uti dixi, exiſtimo & defendam. *th. 3.*

Accedo Tr: aſſerenti peracto judicio merè perſecutorio, pœnale mixtum adhuc ſupereſſe, quo quod in eo amplius eſt actor poſſit exſequi: Ita in concurſu actionis commodati, & actionis L. aquiliæ, *Diſp: 18. th 10. lit. i.*

ſi illa

ſi illa prius actum ſit, ſupereſt hæc, in quantum minus eſt in illa, per *L.7.§.1,comm.* cujus verba & mentem inter diſputandum exactè penſitabimus, videbimusque indè ſolidè refelli diſſentientium fulcrum, quod ideo ſi perſecutorio bfidei judicio res judicata ſit, ad nihil amplius agi poſſit, quoniam judicis officio ejus quoque, quod in actione mixta V. G. aquiliæ, ſuperfluum eſt, ratio habeatur. Sanè judicis officium actioni ſubſervire debet; actio autem quævis ſuam definitam L L. habet naturam, ita actio commodati rei tantùm perſequendæ cauſæ comparata eſt, actio L. aquiliæ ex parte etiam pœnam exſequitur. Et ergò ſi commodati quis expertus ſit ad id quanti intereſt ſe rem commodatam integram recipere, non poteſt judex condemnare reum ad pœnam, damno injuriâ dato, Lege aquiliâ ſtatutam; Et inſuper petitioni ut conveniat ſententia, oportet.

DISP. 8.

DISPUTATIO X.

Reſpondente

Dn. BERNHARDO Schevẽn/ Marco-VVeſtph. Iſernlhonenſi LL. Studioſiſs.

Accedo Tr: & Bach: contendentibus dari actiones Mixtas, partim perſonales, partim reales; Quod ſi enim ſimplicem & puram actionem opponamus judiciis hiſce diviſoriis, facilè obtinebimus fam: erciſc: cõm. divid. fin. regund. actiones non eſſe ſimpliciter & purè vel perſonales vel reales, & per conſeq. mixtas. Et ſanè ab actionibus perſonalibus & realibus multa hiſce judiciis communicata ſunt, unde ratione præſtationũ perſonalium V.G. perceptorum fructuum vel impenſarum factarum ex quaſi contractu deſcendunt, & ita perſonales ſunt §. *3. l. de oblig. quæ ex contr. deſc.* reſpectu verò communionis cujus ſeparatio petitur, & dum quisque partem ſuam pro indiviſo vindicat, jure quodam dominii intentari videntur, & ita reales ſunt, *l. 1. fin. regund: l. 1. comm: divid:* Quare largiemur quidem iſta judicia quoad quid eſſe perſonalia, quomodo expreſsè perſonalibus actionibus quoad præſcriptionem in *l. 1.* §. *1. C. de annal. except.* ad cenſentur, verum ſimpliciter talia eſſe, negabimus. Et hac adhibitâ reſponſione poſſunt facilè divelli, quæ à contrariis adferuntur. Receſſit Hannius. *Diſp. 19. th. 1.*

Auſim affirmare diſputationẽ de actione fam. erciſc. vel comm. divid: an longiſſimo tempore præſcribatur, aut in controverſia poſitam non eſſe, aut ſi quæ cõtroverſia eſt, eam facilè poſſe componi. Etenim Dd. in *th. 8.*

 hanc

hanc ſententiam conveniunt, tùm præſcribi actioni vel comm: dividundo. ſi unus ex ſociis diviſioni petitæ reclamaverit, & alter 30 annis acquieverit; vel famil: erciſcundæ, ſi unus ex coheredibus ad diviſionem provocaverit, intraq; 30. annos non egerit, exinde enim amplius ad diviſionem proclamari non poſſe, quomodo *l. 1. §. nemo. C. de ann. except.* interpretantur. Cœterum Bach. hic. *ad lit. b. in f.* falſam putat hanc ſententiam, & interpretationem *d. l. 1. §. nemo.* peſſimam eſſe; quare ejus rationes examinabimus & exanimabimus: præcipua eſt, neminem invitum in communione retineri: ſed hoc caſu ſocium ſeipſum detinuiſſe, deincepsq; detineri voluiſſe, reſpondemus, &c.

Diſp: 20. th. 2. Accedo Tr: & Bach: admittentibus exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam pòſt biennium, ſi debitor onus probandi in ſe ſuſcipere velit, per *l. 25. §. fin. in f. de probat.* qui adeò benè loca contraria ad ordinariam opponendi rationem reſtringunt, qua ſcilicet onus probandi rejicitur in creditorem. Quod verò dicitur meritò pòſt biennium debitorem negligentem non debere audiri, ad hoc replicari poteſt, onere probationis negligentiam iſtam ſatis cöerceri, & ſanè iniquum eſſet, inauditum debitorem condemnari, cujus vel ſola promtitudo, pecuniam ſibi numeratam non eſſe, probare volentis; dolum petitoris arguit. Sed non leviter objicitur, quod admiſsâ hac exceptione, ſequatur nullam obligationem ex litteris, ſtatui poſſe, neq; cum litteris, qui chirographum dedit, obligatum eſſe, *contrà t. t. J. de litt. obligat:* quamvis immò quod exceptione opus ſit, hoc arguat obligationem adeſſe, Receſſit Hunnius.

Fuſiſſi-

Fuſiſſima & difficillima eſt quæſtio de æſtimatione rei promiſſæ & deperditæ, in qua boni etiam dormitarunt Homeri, ut adeo multi ſe huic liti implicare noluerint, & Bachovius ſuper hac penè juraviſſet, ſibi non liquere. Nihilominus placet cum Tr: & Bach: ſententiā Cujacii & Hottoman: defendere. Non enim placere poteſt Hunnius, æſtimationem ſimpliciter ad id referens tempus, quo res à tempore moræ, etiam extrajudicialis, quam plurimi valere potuit, propter *l. 8. de condict. furt.* etenim ex textu de mſpoſſeſſore, & quidem fure, loquente, regula quoad alios bſpoſſeſſores extrui non debet, cum per ſe conſtet Fures non poſſe pares conditione eſſe iis, qui ſolam contraxerunt moram. Et inſuper fruſtrà æſtimatio rei deperditæ referetur ad tempus moræ extrajudicialis, ſiquidem officiū judicis ad tempus illud, quod litis conteſtationem anteceſſit, porrigi non poſſe videatur. *arg. l. 5. §. fin. de in lit. jur.* th. 13.

Recedo à Tr: & Hunn: nimis ſimpliciter negantibus, quod in pejerantem per Deum ulla pœnæ Jcivili ſit conſtituta; ſeductis Alexandri verbis *in l. 2. C. de reb. cred.* ubi dicitur, jurisjurandi contemptam religionem ſatis Deum ultorem habere, conveniensq; viſum eſſe, ut injuriæ arbiter ſit, qui eam paſſus, ac iccircò pejerantem per Deum judicio & ultioni Dei relinquendum. *Vide Donell. 24. com. 17.* Sed veroſimilius *Menoch. arbitr. caſ. 319.* perjuriū id omne, quo Numinis violata religio, impunè non eſſe, certiſſimo argumento *l. 2. C. de ind. vid. toll. ibi, per Leges quæ perjuria puniunt.* Neq; eſt Chriſtiana ſequela: Perjuriū Deum ſolum offendit, Ergo ipſi ſoli injuria æſtimanda & vindicanda; ſiquidē & Blaſphemia Deū ſolū offendit, huic tamē pœnā capitis irrogat Juſtin: Diſp: 21. th. 8.

N.77. c.1. §.1. Planè quævis in proximum commiſſa peccata vindicat Deus, ut tamen non tollatur officium Magiſtratus. Receſſit Bachov.

th.8. Recedo à Tr: & Bach: & adſtruo, Quocunq; juramento ſeu voluntario, quod à parte defertur, & vel in judicio vel extrà judicium præſtatur; ſeu judiciali, quod à judice defertur, & in præſentiâ Magiſtratus præſtatur, ab actore præſtito, ei tàm actionem novam ex juramento, quàm priſtinam ex contractu adhuc competere, cui autem inniti voluerit, ab ipſius voluntate & commodo dependere. Duplex hoc remedium ſufficienter oſtendi poteſt *ex L. 13. §. 3. & 5. L. 30. pr. de jurejur.* Fruſtrà verò *ad. d. §. 3. & 5.* reſpondetur, quod ibi poſt præſtitum juramentum dicatur agi ex empto, pignoratitia, fieri nomine tenus, quoniam iſta verba cum effectu proprio accipienda ſunt, vel aliàs verba ſaltem erunt, quæ non implent ſaccum. Facit maximè, quod juramentum obligationes firmet adjuverq;, non etiam eaſdem perimat. Sed quia ſtultiſſimus fuerit, qui neceſſitate probandi ſe adſtringat. *§. 5. l. quod cum eo qui in ali. pot.* fit ut rarius actionem in factum omittamus, veteremq; exerceamus. Receſſit Hunnius.

th.9. Accedo Tr: & Hunn: exiſtimantibus juramentum judiciale (juxtà quæſt: præced: ego dicerem, juramentum voluntarium in judicio &c. Siquidem à cauſa efficiente, juramentum quod à judice defertur, mihi rectius judiciale, dicitur) poſt litem conteſtatã ab actore, etiamſi nihil probaverit, deferri poſſe, quod edictum Prætoris *l. 34. §. 6. de jurejur.* loquatur indiſtinctè ſine conditione probationis anteà factæ, generaliſq; *l. 38. ff. eod.* ſit definitio. Facit *l. 12. pr. ibi, vel in principio litis. &c.* Ergo

go etiam quo tempore nondum quidquam probatum eſſe: *C. eod.* atq; hæc ſententia utilior, faciens ad expeditionē litis, eoq; maturius uti juramento convenit, quo magis expedit lites citius finiri. Receſſit Bachov: qui putat eunte m ad judicem pedaneum neceſſitate probandi ſe adſtringere, adeoq; juramenti amplius deferendi facultatem non habere, indeq; ipſe concludit, unam tantum eſſe ſpeciem jurisjurandi merè deciſorii, contrà manifeſtam *d. l. 34. §. fin. de jurejur.* cui manum admoviſſe Tribonianum reſpondet, neſcio an benè, cum eo nomine ſæpius *Ant. Fabr. notet, vide vol. 2. p. 660. pr.*

Recedo à Tr: & Hunn: affirmantibus obligationem naturalem inter duos fratres, ſub eadem poteſtate, acquiri omnimodo patri; Enimverò ſi jure naturæ inter fratres ejusdem familiæ, quomodo & inter conſervos naturalis obligatio verè conſiſtit, *l. 38. de cond. indeb. l. 7. §. 6. & 7. de pecul.* eadem quoq; fratri ſemel quæſita, quoad Effectus naturales, in perſonâ fratris filiive ſam: creditoris, permanebit, neq; ab ejus oſſibus avelletur. *arg. l. 17. ibi non mihi &c. de pecul.* Et invicta iſthæc ratio eſt: ſi obligatio filii activa quæritur patri, non poterit pater filio naturaliter obligari, quoniam ſibiipſi obligaretur, ſui ipſiusq; debitor fieret, contrà *l. 11. de leg. 1.* Atqui poteſt, *d. l. 38. §. 2.* Ergò &c. Tametſi non inficiar, effectus obligationis naturalis Civiles, quos à LL. accomodatos habet, ad patrem cum emolumento tranſire pertinereq;, quo ſenſu vulgò Dd. ſententiam comprobarem. Receſſit Bachov: *Diſp: 22. th. 9.*

Accedo Tr: Bach: & Hunn: defendentibus condictionem furtivam in heredem dari in ſolidum, nō in quan-

 tum

tum ad eum pervenit; ex unico & ſufficienti fundamento, *l. 9. de cond. furt.* cui à nemine hactenus ſolidè ſatisfactum memini. Sed duo non leves hic injiciuntur ſcrupuli. 1. propoſitio hæc juri convenit, nullas actiones ex delicto deſcendentes in heredes in ſolidum porrigi, etiamſi contineant rei perſecutionem, quod probatur exemplis *l. 7. §. ult. de tribut. act. l. 4. §. ult. cum trib9 LL. ſeqq. de alien. jud. mut.* atqui condictio furtiva rei quidem perſecutoria eſt, ſed ex delicto deſcendit. Ergò. Propoſitionem negavit *Tr. ſuprà. diſp. 18. th. 10. lit. g.* ego verò eam concedendam omninò exiſtimo, ſed aſſumtionem pernego. Etenim licet non admiſſo furto non eſſet locus huic condictioni, non tamen propterea ex delicto dici poteſt hæc actio: ſicut & actiones ex contractu ob dolùm defuncti in heredes dantur, neq; tamen ex delicto aut dolo eſſe dicuntur. Et quoniam odio Furum introductum eſt, ut contrà eorum heredes, etiã re peremtâ, detur, id, ex delicto conditionem hanc non eſſe, arguit. 2. Si in furto ſimplici condictio daretur in ſolidum, tantò magis hoc eſſet in furto improbo, V. G. rapina, *arg. pr. inſ. I. de vi bon. rapt.* ſed actione vi bon. rapt. heredes eatenus tenentur, quaten9 ad eos pervenit. Sed dari poteſt differentia, inter hanc condictionem furtivam, quæ ſimpliciter perſequitur quod nobis abeſt, & alias actiones, rei quidẽ perſecutorias, ut tamen iis quodammodo dolus vindicetur & cõerceatur, adeoq; in heredes in ſolidum non dentur. Sed cum raptor bonorũ furti manifeſti teneatur, condictionem quoq; iſtam, contrà eum ejusq; heredem non denegari defendam.

Diſp. 25. Ita exiſtimo; Etſi mora rei principalis obligationem fidei-

fidejuſſoris perpetuet, nõ tamen eam augeat, [illegible] ſas vel id quod poſteà intereſt, condemnetur [illegible] mnem cauſam fidejuſſiſſet. Prioris illius probatio parata & expedita eſt *ex l. 91. §. nunc videamus. de V. O. cum l. 88 ff. eod.* quam de obligatione perpetuanda ſeu conſervanda accipio. Alterius hujus ſub judice lis eſt. Et tamen probari poteſt per *l. 8. de eo quod cert. loc.* quod propter moram rei in obligationem fidejuſſoris non veniat acceſſio ejus quod intereſt; ſed creditur huic adverſari *l. 54. ff. locat.* quæ oſtendat, ex mora acceſſionem uſurarum venire. Reſpondeo, JCtus proponit *in d. l. 8.* fidejuſſorem tantum in ſummam principalem interveniſſe, indeq; obligationem ejus nomine quod intereſt non augeri debere, reſpondit; quam tamen nomine uſurarum augeri voluit *in d. l. 54.* quod ibi in omnem cauſam fidejuſſiſſet. Et ergò eo ipſo innuitur, ſi non in omnem cauſam interceſſiſſet, de omni acceſſione non teneri. Verùm quando aliquis in omnem cauſam interceſſiſſe videtur? Exiſtimant alii fidejuſſorem in dubio & ſtrictis contractibus benignius ſeſe obligaſſe cenſeri, niſi acceſſerit contractibus bfidei. *arg. d. l. 54.* Sed in contrarium movere poteſt, quod fidejuſſio ſit ſtricti juris, etiamſi bf. judicio acceſſerit, fit enim ſemper per ſtipulationem, & ex ſtipulatu convenitur &c.

T. rem Mævio commodavit; M. furto fortaſſis amiſit, quare conventus ejus æſtimationem præſtitit, res ea poſtmodum in poteſtatem T. rediit, hoc caſu *Gotofred. ad l. 17. §. fin. commod.* tres actiones M. concedit. De rei vindicatione tamen dubitare liceret, an hæc M. competere poſſit, quod ipſe nec dominus, nec poſſeſ- *Diſp. 24. th. 4. lit. d*

poſſeſſor unquam fuerit. Sed præſuppoſito etiam competere poſſe, in hoc concurſu Gotofredus electionem dat M. quanam ex tribus actione experiri velit, & conſequenter Jus eligendi, an præcisè rem ipſam commodatam vindicare, vel æſtimationem ejus cōdicere velit. Cœterū quid ſi M. agat actione commodati contraria? cum dicat Gotofredus eam eſſe de re commodata & ejus æſtimatione alternativè, ideò dubitari poteſt, cujus tum ſit futura electio inter rem & æſtimationem? Reſpondeo contrà ipſum Gotofredum, ſimpliciter eſſe T. quod regulariter in alternativis debitoris ſit electio *l. 12. §. fin. ubi vide eundem Gotofr. de jure dot.* atqui debitoris vices T. commodans inſtitutâ actione à M. commodatario, ſuſtinet. Ergò. Quod ipſum eligendi jus ſatis perſpicuè T. attribuit *d. l. 17. §. fin. commod.*

Diſp. 25. th. 4. Sentio cum Bachovio, & defendā contrà Tr: ſexcentosq; alios, Mulierem extrà judicium efficaciter renunciare Scto Vellejano haud poſſe, vel hac ſola ratione, quod admiſſa contraria opinione, nullo vel levi negocio eluderetur, aut inutile redderetur beneficiū hujus SCti, quoniam qua levitate & infirmitate mulier intercedit, eadem renunciabit, quod nihil utraq; res præſentis habeat damni & incommodi. Et profectò, quæ ut intercedat, eadem facilè etiam, ut renunciet, ſibi perſuadere patietur, quod aliàs præſertim mentita & eluſoria ſuſpicari poſſit interceſſio, ut mirari ſatis nō poſſim, quod *Geil. 2. O. 77.* dicat totiꝰ mundi communem iſtam concluſionem eſſe, Mulierem poſſe indiſtinctè Scto Vellej: renunciare. Ita ſanè quod rectâ viâ prohibitum, ad id obliqua pervenire licebit. Diverſum autem ſtatuo,

tuo, contrà Hunnium, in renunciatione judiciali, propter auctoritatem & actorum & ipſius Magiſtratus, quæ eludi non debet.

Quamvis expreſsè & generaliter ſcripſerit Juſtin: *in l. fin. C. de compenſat:* compenſationem opponi poſſe omnibus actionibus, exceptâ ſolâ depoſiti actione, attamen Dd: vulgò inter actiones in perſonam & rem diſtinxêre, & compenſationes tantum quantitatis ad quantitatem, nō etiam ſpeciei ad ſpeciem, vel ſpeciei ad quantitatem & è contrà, admisêre, adeoq; *d. l. ult.* ad eum caſum reſtrinxerunt, quo ad æſtimationem ſpeciei deperditæ, pervenitur. Verum nunc, quare & quo caſu excepta fuerit ſola depoſiti actio, in obſcuro eſt, & inveniri haud poteſt. Hunnius quidem cum Dd. dicit, nec in æſtimatione rei depoſitæ, re non amplius extante, compenſationem locum habere; Sed ego ita adhuc rationē rationis ab ipſo deſidero, cumq; *Arumæo, 12. diſp. Inſtit. 13.* contrà omnium Interpp: ſententiam falſum hoc & perineptum eſſe contendo. Et ergò cū Tr: tentari poſſit, indiſtinctè compenſationi locum eſſe, & in actionibus perſonalibus, quibus quantitates, & in realibus, quibus ſpecies petuntur, ut adeò pòſt *d. l. fin* etiam ſpeciei, & quidem extantis, ad quantitatē &c. ſit compenſatio; ſub hac tamē differentia, ut in perſonal: act: fiat ipſo jure cōpenſatio; In realib9 autē obtineat retentio tanquam compenſatio: Ut nimirū Juſtin: *in d. l. fin.* hoc novè introduxerit, hodiè in omni actione huic retentioni locū eſſe, quomodo quidem ſatis apparet, quo caſu ſit excepta depoſiti actio, tametſi ratio exceptionis in proclivi nondum ſit, ut non abs re Hottoman: dixiſſe videatur, dictam *l. fin.* abſurditatis quadam ſpecie laborare. *th. 7.*

Digitized by Google

Diſp. 26. th. 2.

Recedo à Tr: & Hunn: qui admittunt tantum duas ſpecies culpæ, latam & levem, ſed leviſſimam culpā à ſpeciebus excludunt, inter tamen gradus admittunt, quod ſanè nimis eſt ſuperſtitioſum, & quia illi cum Philoſophis diſputant, quod majoris & minoris ratio ſpecie differre non faciat, verius erit, culpæ nullas eſſe ſpecies, tres verò gradus ſtatui debere ex triplici diligentiæ gradu, exactâ, communi & minori, ſeu ſumma, mediâ, infimâ; qui tres diligentiæ gradus, etiam tres gradus eſſe culpæ arguunt, atq; ita leviſſima culpa, qualitate & gradu à levi diverſa erit. Satis verò jure probatur, eſſe aliquid quod ſit infrà levem culpam, quod oſtendit *l. 3. §. 1. naut. caup. ſtab.* ibi namq; dicitur, non teneri caſu fatali, & tamen teneri, ſi res ſine culpâ periit. Poteſt igitur res perire extrà caſum fatalem, & tamen ſine culpâ. Proindè quiddam medium erit inter culpam abſolutè ſic dictam, ſcilicet levem, & caſum fortuitum, quod nihil eſſe poteſt niſi culpa leviſſima, quæ quia ad caſum fortuitum proximè accedit, æquè culpæ nomine ſimpliciter poſito non continetur, atq; lata, quæ proximè dolū attingit. Et ergò lata culpa eſt, omittere quod omnis, levis quod diligens, leviſſima quod diligentiſſimus quisq; faceret. receſſit Bachov:

Diſp: 27. th. 1.

In quæſtione, Quatenus & quomodo ex mandato ſuſcepto honorarium petere liceat, ita ſentio, & defendam etiam ab initio ſalva natura mandati, mandatario aliquid promitti conſtituive poſſe, *l. 7. ff. mand. l. 1. C. eod.* hoc tamen fine, ut ſic mandator *excitet* mandatarii diligentiam, ad quam aliàs etiam ex Jcommuni tenetur, exactiſſimam; non etiam eo ipſo ad ſuſcipiendum mantum

datum *munus*, hoc eſt, quoniam ſuſcipere voluit, ut ſuſceptum alacrius perficiat, ideo promittatur, non è cōtrà. Cœterum quomodo promiſſum petere poſſimus, difficilius eſt; diſtinguam: Honorarium vel incertum vel certum promiſſum fuit. Illud, ſive mandator incertum tantum pollicitus fuerit, ſive etiam ſtipulanti mandatario promiſerit, nulla actione peti poteſt. Hoc peti poteſt, & quidem ſi ſtipulatione interpoſitâ certum promiſſum ſit, res expedita eſt: tantum de nudo pacto & pollicitatione dubitari poteſt, an exinde peti poſſit? Et reſpondebo extrà ordinem peti poſſe, & debere; Etenim cum Jctus *in l.56.* §.*3. ff. mand.* ſalarium incertæ pollicitationis non rectè extrà ordinem peti poſſe aſſerat, utiq; ſalarium certæ pollicitationis ita peti poterit; quæ argumentatio tamdiu certè ſtabit, usq; dum diverſum ex jure demonſtretur.

Recedo à Tr: & defendam contrà vulgus ſequaces Hunn: Fachin. Hœnon: Bronch: eum qui mandat vulnerari, ſequuto homicidio teneri de occiſo; tum ex ratione Jcti *in l.38.* §.*5. de pœn.* quod ſcilicet hæc ſit res mali exempli, tum quod vulnera non poſſint infligi ad menſuram, & omnia penè lethalia ſint, ſi credimus *Claro in* §.*fin. q. 89. n. 5.* Atquin illi mandantem defendunt ex eo, quod careat animo occidendi, ſiquidem inhibuerit, ne alter occidatur, reſpondeo, ex eadem ratione mandatarium poſſe excuſari, nec enim occidere, ſed tantū vulnerare animus erat, & tamen cū affirment mandatariū de occiſo teneri, magis tenebitur ipſe mandans, cum cauſæ cauſa, cauſati cauſa quoq; ſit &c. Aliud tamen exiſtimem, ſi tantum flagellis vel alapis aut baculis *th.3.*

 cœdi

Digitized by Google

cœdi aliquis juſſerit, er ſoll jhm ein par Maulſchellen von ſeinetwegen zuſtellen/ quoniam hic occiſio non erit imputanda mandanti. Receſſit Bachov:

Diſp. 28. th. 2. Accedo Tr: affirmanti venditorem qui poteſtatẽ tradendi habet, præciſè tradere teneri, ex hoc fundamento, quod donatio & emtio ad paria vocentur jure traditionis *in §. 2. de J. donat.* nempè ut traditionis neceſſitas incumbat donatori, ſicuti in emtione, *d. §. 2.* At Hunnius diſſentiens ultrò nobis concedit, neceſſitatem tradendi eſſe in donationibus; Ergò etiam idem erit in emtionibus, ac tantò magis, cum Juſtin. *in d. §. 2.* donationi hoc tribuat, ut res neceſſariò ſit tradenda, exemplo emtionis, prius itaq; in emtione traditionem neceſſariam fuiſſe oportuit. Hæc Bachovius advertens, eò delapſus fuit, ut exiſtimaverit, nec in donatione tradendi neceſſitatem eſſe, ſed ſcilicet uno dato inconveniente, ſequuntur plura. Sanè cum ipſo paradoxon ſuum non adſtruxerim; Tametſi enim venditor rem iterum vendere, & alii tradere, eandemq́; perdere & corrumpere, adeoq́; tradendi neceſſitatem effugere poſſit; nihilo minus obtinebimus, ſi quid ejuſcemodi factum non fuerit, ſicuti rariſſimè fiet, & ita venditor tradendi poteſtatem retinuerit, emtorem præ ipſo rem habere, adeoq́; nec venditori electionem cedi, debere, &c. Receſſerunt Bach. & Hunn.

th. 2. Accedo Tr: & communi Dd: ſententiæ, quod dolus dans cauſam contractui bfidei, faciat eum ipſo jure nullum: Dolus autem dicitur cauſam dare contractui, ſi aliàs contracturus quis non fuiſſet, à quo contra diſtinguitur dolus incidens, ſi quis quidem contracturus fuiſ-

ſet,

ſet, ſed non eo modo. *Vultej. ad §. fin. I. de oblig. n. 13.* Probatur hæc ſententia vel ſola hac ratione, quod dolo deceptus, utpote errans, nullo modo conſentiat. arg. l. 15. de Jdict. quando verò deeſt conſenſus, tum contractus ipſo jure nullus eſt. Sed fortiter objicitur. Si ipſo jure hic contractus, cui cauſam dolus dedit, nullus eſſet, ex eo dominium non tranſiret ad decipientem, *arg. l. 31. de acq. rer. dom.* atquin ſequuta traditione dominium tranſit. *l. 7. pr. de dolo.* Verum reſpondetur, utiq; quidem dominium transferri, non tamen ex illo contractu nullo & irrito, ſed ex illa traditione, juncta opinione tradentis, qui contractum valere putavit. *arg. §. 40. I. de rer. diviſ.*

Accedo Tr: & communi ſententiæ, quod vacua poſſeſſio tradenda ſit emtori; Quia ſuprà defendi venditorem præcisè teneri rem tradere. Tradere autem nihil aliud eſt, quam transferre poſſeſſionē, aſt quomodo poſſeſſionem transferre poteſt, quam non ipſe ſed alius habet. *Reſpondent* hic diſſentientes, alium quidem poſſeſſionem animo habere, attamen ipſum venditorē rem corpore detinere, adeoq; eam tradere poſſe; ſed *replico*, quod traditio fiat ad effectum acquirendi dominii, ſiquidem traditionibus dominia rerum transferuntur: aſt quomodo rei traditæ dominium tranſibit, quando eam rē animo & affectione domini alius poſſidet, proq; ſuâ tenet. Sanè ſine apprehenſione poſſeſſionis dominium rei transferri haberive nequit, aſt quomodo poſſeſſionem quæ penès alium eſt, apprehendere poſſum, cum duo eandem rem in ſolidum pariter civiliter, hoc eſt, animo domini, poſſidere non poſſint. Nihilominus diſſentientes hic *duplicant*, emtorem poſſesſionem rei *th. 4.*

 tradi-

Digitized by Google

traditæ apprehendere poſſe, quoniam enim vacua ſit ab omni corporali detentore, adeò neminem eſſe qui apprehenſionem impediat'. Sed nunc ab iis quæro, an talis apprehenſio ad effectum acquirendi dominii fieri poſſit? quod non exiſtimaverim, ſiquidem rem taliter apprehenſam & poſſeſſam uſucapere nequimus, uſucapio enim ſine legitima poſſeſſione procedere perpetuò non poteſt, hoc autem caſu illa ipſa poſſeſſio penès alium exiſtit. Et omninò diſtinguenda ſunt, poſſeſſio & detentio, quæ diſſentientes malè confundunt.

th. 8. Recedo à Tr: & vulgò Dd: qui tradiderunt etiam ab omni numero perfecto emtionis venditionis contractu liberè diſceſſum fieri; ſi modo pars pœnitens vel arrhas datas amittere, vel acceptas duplicatas reſtituere velit; Quia ſicuti duplo precio oblato, emtor tamen recedere ab emtione non cogitur. *l. 6. C. de reſcind. vendit.* Ita nec duplicatis arrhis reſtitutis, quia ut ibi venditor non offerendo intereſſe, ita magis hic non reſtituendo arrhas, ſed ſemper præſtando rem liberabitur, uti ſuprà defendi. Quin abſurdum foret, arrhas probando & firmando contractui datas, ejus infirmationem, præter contrahentium intentionem, operari. Obſtat fortiter *pr. I. de emt. vend. verſ. venditio celebrata eſt.* Sed cum etiam ibi dicatur, donec aliquid deeſt, qui recuſat adimplere contractum &c. ideò prin. illud de contractu imperfecto potius accipiendum, & ex *l. 17. C. de fid. inſtrum. ibi, ſuper facienda emtione:* explicandum eſt. Receſſerunt Bachov: & Hunn:

Diſp: 29. th. 3. Doctores noſtri, adeò confusè quæſtionem de mercede locationis, qua in re conſiſtat, pertractarunt, ut à

ut à lectoribus ſuit mercedem nullam reportârint. Promeruit aliquam Lopezius, majorem tamen Bachovius, qui hic & alibi mercede, ſuaq́; laude dignus eſt, cũ quo adeo ſtatuimus. Suppoſitũ autem nobis eſſe debet, aliã eſſe locationem conductionem operarum, quæ propter facta, Lopezio dicitur faciendi, aliam rerum, quæ propter uſum eidem dicitur fruendi. Utriusq; locationis natura *regulariter* deſiderat pecuniam numeratam quod quidem etiam Lopezius quoad locationem faciendi affirmavit, & evidentiſſimè probari poteſt per *l. 5. §. 2. de præſc. verb.* Sed negavit quoad locationem fruendi, ita ſcilicet ut in ea quævis res fungibilis pro mercede ſufficeret, *arg. l. 21. C. locat.* Verum graviſſimè contràdicit *l. 25. §. 6. ff. eod.* quæ apertè loquitur de locatione rerum, & tamen pecuniam numeratam requirit, ut falſum fiat, quod Lopezius dicit, Quoties, uſus verſetur in locatione, Leges ſemper rem fungibilem admittere. Et ergò quoad locationem rerũ ſive fruendi ſubdiſtinguo, quod aut res locata nullos fert fructus, *& Manet* natura locationis, quæ ſemper pecuniam numeratam requirit; unde pro mercede locatæ domus, non poterit ſolui res fungibilis, quod tamen Lopezius admiſit; aut fert fructus, & hoc ſolum caſu paulum *alteratur*, poteſtq́; certa quantitas fructuum inde natorum, mercedis loco dari, V. G. in ſpecie *d. l. 21.* certo olei pondere fructus annui locati proponuntur; ut tamen fiat naturæ locationis ſemper convenienti9, ſi etiam in caſu locati fundi, hortive, merces in nummis promittatur, *d. l. 25. § 6.*

Quam rectè *Facbin: 6. c. 62.* docet patrem uni ex filiis Feudum prælegare non poſſe, per *prin. 1. F. 8.* adeò malè *c. ſeq. 63.* de Emphyteuſi idem ſtatuit. Enimverò

th. 10 verſ. ideoq́; eã uni.

verò quamvis ſciam argumenta ex Legibus Romanis deducta tantum concludere, quoties nihil Feudali & beneficiario jure definitum eſt. *2. F. 1.* aciccircò *Fachin:* *d. c. 62*, ad ea, quæ de jure patronatus, & eo, qui rogatus aliquid familiæ relinquere &c. adferuntur, benè reſpondeat, hæc ideò non obſtare, quod pater de jurepatronatus, & qui aliquid rogatus eſt, de eo teſtari prohibiti non ſint, ſicuti de Feudo Vaſallus; attamen hæc ipſa graviter ſententiæ *d. c. 63*, opponi poſſunt, nimirum ſicuti jus patronatus poteſt uni ex filiis adſignari, excluſis aliis. *l. 1. de adſign. lib.* ita posſit etiam Emphyteuſis, quamvis etiam Emphyteuſis poſt patris mortē ad filios ſpectet æqualiter, nam & ita patronatus jus ad eos deſcendit, *l. 7. §. 6. de oper. lib.* & tamen licet patri illud prælegare; Reſpondet quidem Fachin: Legem tale prælegatum impugnare, patremq; de Emphyteuſi teſtari prohibere, ſed eam non allegat.

th. 13. Accedo Tr: & nego Emphyteutam irrequiſita domini voluntate Emphyteuſin alienare, V. G. vendere, donare, permutare, poſſe, per *l. 3. C. de Jemphyt:* cujus princ. generale eſt, quo prohibetur Emphyteuta jus ſuum in alium quavis alienatione *transferre*, hoc fine, ne domino inſcio aut invito alius Emphyteuta, non æquè in colenda re Emphyteuticâ induſtriꝰ, & ſolvendo quot annis Canone promtus, ſubſtituatur, vel ingratus fortè & non acceptus, tametſi idoneus, obtrudatur; Sed *d. l. 3. verſ. ſed ne hac &c.* eſt ſpecialis, & ad contractū Venditionis tantum pertinet, quem ſi facere velit Emphyteuta, forma præſcripta uti debet; cœteroquin in aliis alienationibus ſatis eſt, ſi domino, rem ſe velle, V. G. donare, permutare, prius denunciet, non tamen ut dominus

minus eligat ſibi donatum malit an alteri, quæ res liberalitatem maximè impediret, nec ut offerre poſſit juſtum precium, quod in locum juris Emphyteutici, cui Emphyteuta donatum voluit, accipiat, quid enim ſi res Emphyt: majorum donatarii fuerit, ut ob eam affectionem Emphyteuta donare vel permutare cupiat? Sed ideò ut novus Emphyteuta voluntate & auctoritate domini inveſtiatur, inq; poſſeſſionem inducatur, & domino laudemium ſolvatur. Acceſſit Bachov:

Recedo à Tr: & communiter Dd: qui permutationem & contractum do ut des, pro diverſis habent contractibus; quia Tribon: à ſupina incuria non poſſet excuſari, quod notabilem differentiam, quam inter permutationem & contractum do ut des, Tr: & Dd: ſubeſſe volunt, ſub *tit. de præſcr. verb.* diſſimulaſſet; Sed ſcilicet ea nulla fuit, unde *Jctus in l. 5. §. 1. de præſcr. verb.* contractum do ut des emtioni opponens, hanc rationem ſubjecit, quia nō placet permutationem rerum emtionem eſſe &c. quæ utiq; claudicaret, ſi uſu juris contractus do ut des & permutatio differrent. Ex quo conſequitur, quoniam actio ex permutatione competens eſt b. fidei. *§. 28. I. de action.* etiam competentem ex contractu do ut des b. f. eſſe; adeoq; ut quidquid de permutatione affirmetur, etiam de contractu Do ut des, & viciſſim, affirmandum ſit. Receſſerunt Bach: & Hunn: *Diſp. 30. th. 7.*

Recedo à Tr: & Hunn: & eos ſequor, qui illata invectaq; in ruſticū prædium, citrà conventionem expreſſam, obligari negant; pro quibus rationes deducit Bach. hic: quibus ſufficienter ab Hunnio hic, reſponſum nō eſt, imò ne quidē reſponſum. Eſt verò ra- *VOLUMEN 2. Trentleri Diſp. 1. th. 4. lit. c.*

 tio

tio diverſitatis expedita: Enimverò cū locatori prædiorum ruſticorum pro penſione ſatis cautum ſit fructibus, quos pignori eſſe cōſtat; Hi verò nulli naſcantur in prædiis urbanis, neceſsè fuit, ſiquidem eidem ulla re caveri velimus, invectis & illatis cautum eſſe. Verùm ad hanc Hūniꝰ replicat; nō ita ſemper conſultū ſatis eſſe locatori, cū fructꝰ nō omnibꝰ anni partibꝰ extēt & naſcātur in prædio. Sed duplico, id eò poſſe & ſolere ſibi locatorē de hypotheca expreſsâ & ſpeciali proſpicere. Receſſ. Bach.

th. 10. Recedo à Tr: & cōmuni Dd: ſententiâ, affirmoq; jus luendi pignoris præſcribi poſſe, per *l. 3. & 4. C. de præſcr. 30. ān.* quibꝰ Legibus traditur, omnē actionem omneq; jus ſive privatum ſive publicum 30. vel ad ſummū 40 annorum ſpacio excludi. Sed cōmuniter Dd: reſpondent, *dd. ll.* de actionibus jam natis intelligi oportere; actio verò pignoratitia nō naſcitur, antequàm debitor pignꝰ repignoraverit, ut ait *Cujac. in l. 13. de uſucap.* Verùm verius Bach: hic exiſtimat, actionē hanc naſci ſtatim atq; pignus contractum eſt, dici autem naſci ſolutâ pecuniâ ratione effectus, quod tum demum efficaciter intentari poſſit. Receſſerunt Bach. & Hunn.

Diſp. 2. th. 1. lit. g. & th. 2. lit. c. Recedo à Tr: & Bach: defendamq; redhibitoriā duplicem eſſe, Prætoriam & Civilem; & ergò quibꝰ ex cauſis agi poteſt redhibitoria, iisdē ex cauſis poſſit quoq; agi actione ex emto. *l. 19. §. 2. de ædil. edict.* & per conſequens ædilitium edictū etiam ad locationes extendā. Etenim ſi actionem Civilem ex cauſa redhibitionis etjam admittimus, nulla ſanè amplius ſubeſt ratio, quare ad ſolas venditiones hoc edictū pertinere debeat. Scio antecedenti graviter obſtare. 1. quod ita fruſtrà fuiſſent ædiles, cum nemo cōpetente ſimul civili actione perpetuâ, temporali prætoriâ, agere velit. *2. L. 2. C. de ædil.*

act. vide Bach. d. th. 2. lit. c. conſequenti verò ſ. *l. 63. de ædil. edict.* 2. quod in locatione ex cõducto experiri poſſit conductor, adeoq; nõ opus fuerit, ei ſpeciali actione ſuccurri; ſed in venditionib9 neceſſitas ipſa edictum illud expreſſerit, quoniam emtori decepto actione emti conſultum non fuerit, ſiquidem non ad reſciſſionem, ſed ad impletionem eâ agatur. *l. 6. C. de act. empt. Vide Arum. diſp. π. 14. th. 14.* Sed hæc removebimus tamen. Receſſit Hunnius.

Accedo Tr: Bach. & Hunn. affirmantibus beneficium *l. 2. C. de reſcind. vend.* noviter introductum, neq; antè tempora Dioclet: & Maxim: frequentatum eſſe: Et ergò qui beneficium hujus L. etiam veterib9 JCtis cognitum fuiſſe dicunt, illis ex JCtorum reſponſis, læſionis ac etiam definitæ quantitatis, argumenta nequaquam fallacia, producere imcumbit. Quæ inter diſputandum audire juvat. Hiſce cum Tr: conſequens videri poterat; ſi *d. l. 2.* novè ſuccurrit, nec tamen cavit, quo genere actionis experiendum ſit. Ergò ex Lege agendum eſſe. *arg. l. un. de cõd. ex Lege.* Recedunt tamẽ Hunn. & Bach: Ille concedendam læſo in integrum reſtitutionem autumat; ſed obſtat ei graviter, quod remedium *d. l. 2.* novum eſſe, noviterq; introductum affirmavit; ita verò illud videatur ſuperfluum & non neceſſarium fuiſſe, cũ ſufficere potuiſſet generalis clauſula edicti prætoris, *Si qua mihi juſta &c.* Hic verò actionem ex contractu deſcendentem; conſequentiam verò Tr: negat, reſpondetque, ad condictionem ex lege tum demum decurri, ubi alii actioni non ſit locus, hic autem commodè intentari poſſit actio ex emto. Quomodo *d. l. un.* magnam patietur limitationem. Accedo Tr. *th. 9. lit. b. c.*

Digitized by Google

th.10.lit.a Accedo Tr: affirmanti, venditionem auctoritate judiciali celebratã, ex *d. l. 2.* prætextu læſionis impugnari nõ poſſe; ut ſit & maneat inter venditionem privati, & eam, quæ fit ſolenni judicis decreto, diſcrimẽ. Sanè emtores ideò à judice emunt, ut ſecuriꝰ eis rem habere tenereq; liceat. *arg. l. 1. C. de præd. decur.* ubi dicitur, ſi præſcriptus modꝰ emendi vendẽdiq; obſervatus fuerit, nec immoderatus venditor, nec emtor invenietur injuſtus. Quare, caſu quo Magiſtratꝰ precium conventũ decreto ſuo approbaverit, vel ipſus æſtimaverit, dicerẽ, præſumtionẽ quæ eſt pro judicis & judiciorũ dignitate, læſionis probationem in contrarium excludere, quod talis venditio inſtar rei judicatæ obtineat. Receſſerunt Bachov: & Hunn: quorum hic *q. 43.* quod tertio loco pro ſe adduxit argumentũ, Minorem ſcilicet etſi cum decreto judicis res ejus venditæ ſint, tamen reſtitui. *l. 11. C. de præd. minor.* illud inverti poteſt, inde conſequi, quoad majorem jus generale & ordinarium in contrarium eſſe.

Th.11.lit.a Accedo Tr: & Bach: affirmantibꝰ, in locatione-conductione ſimiliter *d. l. 2.* beneficio locũ eſſe, ex ſatis trito & noto reſponſo Caij *in l. 2. ff. locat.* locationẽ conductionem proximam eſſe emtioni, & iiſdem regulis juris conſiſtere, nemo verò negaverit hanc juris regulã eſſe: Non licere ultrà dimidiũ juſti precii decipere: nemo itaq; negabit, quin eidẽ regulæ ſubſit locatio, & ergò ad inſtar emtionis nimiã læſionẽ in hoc quoq; contractu emendari oportere. Sed Hunnius adhoc reſpondet, & ſimul objicit; Beneficiũ *d. l. 2.* in emtione tantum, contra juris regulas receptum eſſe, ac proinde ad alios contractus, ne quidẽ ex identitate rationis & æquitatis, extendi nõ debere. Verũ replicari & ſimul reſponderi poteſt: Negando beneficiũ *d. l. 2.* in ſolâ emtione receptum eſſe;

de

de venditione quidẽ *d. l. 1.* concepta eſt, quia de eâ conſulti reſpondêre Impp: aſt indè nõ efficies, ad ſolam emtionẽ pertinere? Et putem etiam tum rectè jus ſingulare ad conſequentiam porrigi, quando Jus commune ab æquitatis & humanitatis ratione nimium quantum exorbitavit. Facit quod ipſe *Hunn: q. 50. verſ. præterea conſtitutio:* ex identitate rationis aliquo caſu hujus juris ſingularis extenſionem admittit. Receſſit Hunn:

Accedo Tr: & Hunn: & defendã creditorẽ, pecuniam mutuam dantẽ, hodiè rectè uſuras ſtipulari. Sunt verò uſuræ, aliæ cõpenſatoriæ, aliæ punitoriæ, lucratoriæ aliæ. Uſuræ hæ per ſe, & in ſuo modo conſideratæ, neq; malæ neq; turpes appellari poſſunt, non debent; Quia *compenſatoriæ* debẽtur ratione lucri quod debitor ex pecuniâ mutuâ feciſſe, & damni, quod creditor eâ datâ, habuiſſe præſumitur. *Punitoriæ* exiguntur ratione Moræ à debitore in ſolvendo commiſſæ; *Lucratoriæ* verò petuntur ratione uſus rei ſuæ quem creditor conceſſit, hincq; uſura aliud nihil eſt, quàm pecuniæ uſus. Omnes tamen uſuræ præſtantur & accipiuntur tanquã *intereſſe.* Et quidem compenſatoriæ, quod creditoris interfuerit pecuniã ſibi potius habuiſſe, quàm alteri eam crediſſe. Punitoriæ, quod creditoris interfuerit, tempore convento pecuniam ſibi exſolutam, nullamq; moram admiſſam, fuiſſe. Lucratoriæ, quod creditoris interfuerit aliquam mercedem pro uſu quaſi locatæ pecuniæ, accepiſſe; cũ enim debitor ad tantundẽ reſtituendum teneatur, quaſi pecunia aliena uti videtur, adeoq; ab eo, tanquam ab uſufructuario quodam, penſio, germanis Penſion/ Zinſe/ peti poteſtq; accipi. Quæ ſic malo defendere, quam cũ aliis uſuras etiam leviſſimas mortalis noxiæ damnare, de quibus ait *Coler. p. 1. c. 10. n. 86. de proceſſ.* eos excolare culicem, & deglutire camelũ. *Diſſ: 3. th. 3.*

 Sic

Th 3. lit. b. c. Sic ſentio: Mutuo datur vel quævis res alia, vel pecunia numerata. Si hæc; tum ex pacto uſuræ nõ debentur, per *text. l. 3. C. de uſur.* ratio eſt, quia pactũ hoc, cũ mutuo etiam in cõtinenti ſuper uſuris adjectum, non inſit, adeoq; actionem nõ pariat, pro nudo habetur; nuda a. pactio non parit obligationẽ: ratio rationis eſt; Etenim ſi hoc caſu ex pacto Mutuo ſtatim adjecto uſuræ fœnebres deberentur, eæ cõdictione certi ex mutuo peti deberent, *arg. l. 6. §. 1. de act. emt. ibi Gotofr.* ſed hac peti nõ poſſunt, *arg. l. 17. pr. de pact.* & ergò non niſi ex ſtipulatione propter mutuatã pecuniam uſuræ deberi poſſunt, tribus iſtis caſibus, quos *Tr. hic lit. c.* proponit, tantũ exceptis. Sin verò illa; tũ debentur; V. G. ſi ex cauſa frumenti vel vini mutuo dati, uſuræ pacto promiſſæ ſint, *l. 12. C. de uſur.* Ratio eſt, nõ quaſi hoc & tribus ſuperioribꝰ caſibus pacta incontinenti adjecta mutuo, inſint, actionemq; pariãt; obſtat namq; natura illius cõtractus, quæ ſtricta eſt, ita ut uſuræ in ſummâ mutuo datâ cõprehendi haud poſſint; Sed quod pacta legitima ſint, adeoq; ex ſpeciali confirmatione Legis actionem producere poſſint. *N. 136. c. 4.* Itaq; hiſce caſibus pro uſuris promiſſis cõdictione ex Lege agendum erit. Diſſentit Hunn.

th. 9. De purgatione moræ tractatio obſcura eſt, nec omninò faciles & proclives explicatus habet: Bachovius tamen rei huic ſatis intricatæ, aliquot propoſitionibus & diſtinctionibꝰ multũ lucis attulit, quas ideò egò hic repetitas propoſitasq; cupio. Dicitur verò Mora purgari dupliciter. *Impropriè*, reſpectu tẽporis futuri, ut ne porrò effectꝰ moræ currant; propriè, reſpectu temporis etjam præteriti, ut perinde ſit, ac ſi nunquàm mora cõmiſſa fuiſſet. Licet a. reo *propriè* purgare morã tantum usq; ad litẽ conteſtatã, cũ in obligationibus dandi, tum faci-

endi. Et quidem hoc in obligationibus faciendi omnes ferè admittunt; in obligationibus verò dandi, etiã pòſt litem cõteſt: purgari morã, aliqui opinãtur. Quod quiquidẽ veriſſimũ eſt, ſi id intelligunt de purgatione moræ impropriâ, ſiquidẽ huic locus eſt ſemper; ſed purgationi propriæ tantùm antè litem cõteſt: Attamen videri poſſet nec in dãdi obligationibus antè litem conteſtatã propriæ purgationi locũ eſſe; ſiquidem morâ ſemel cõmiſsâ, creditori ſit jus quæſitũ quoad uſuras præteritas, quod adeò illi per factum debitoris auferri non poſſit. Quare obſervabis, propriam purgationem moræ, maximè in obligationibus faciendi obtinere; In obligationibus dandi verò, tum, ſi ſub pœna ſine die aliquid promiſſum foret. Cœteroquin in obligationib9 puris, ſicut & in diem conceptis, mora cõmiſſa propriè purgari nõ poteſt; atq; id tantùm ex iſta objectione infertur. Sed hæc inter diſputandum latius explicabo.

Simpliciter ego reſpõderim & affirmaverim, omnem negationem ſaltem indirectò probari poſſe. Quod de negatione prægnãte, quam vocant omnes Dd: admittunt; ſed de negatione pura, ut illi loquuntur, dubitant & aliqui diverſum ſentiunt. Veruntamen cum omnes hominũ actiones & facta, ex quib9 lites oriuntur, certo loco, tempore, & aliis circumſtãtiis cõcludantur limitenturq;, adeoq; negatio facti indefiniti, vaga & non limitata, ſive pura negatio in vita cõmuni vix dari queat, non animadverto quid prohibeat quo min9 ſimpliciter, omnem negationem aliquo modo probari poſſe, reſpõdeamus & affirmemus. Nam ſi omnis negatio limitata eſt tempore, loco &c. nimirũ negatio propter quam actio petitiove formari & in tentari poteſt, talis verò probari poſſit, *L. 14. in f. C. de contrah. ſtip.* utiq; etiam ſequi- *Diſp. 4. th. 1. lit. b.*

ſequitur omnem intentionem negativam, etſi nõ dire-ctò, attamen indirectò, per medium aliquod affirmati-vum concludens, probari poſſe. Hinc multi ſyllogiſmi ſunt negativi, ut malè omninò, qui negationis probatio-nem planè eſſe impoſſibilẽ, exiſtimant. Quomodo verò illa probatio fiat, latè oſtendit *Pacian. 1. de probat. 38. cũ ſeqq. & latiſſimè Herculan: quẽ vide allegatum à Bach. hic.*

Tb. 7. lit. c, & e. Ego neq; Sagarum immerſionem in aquã, neq; efflu-xionem ſanguinis ex cadavere occiſi, indiciũ ad tortu-ram facere, ſimpliciter ajo & exiſtimo, quicquid *Tr: & Hunn:* circà effluxionem diſtinguant. De proba *illa* aquæ frigidæ non ita pridem litem inſtituit *Scribonius*, quem ſatis ignotus quidã patronus veritatis refutavit. Et cer-tè, aut miraculoſam probationem eſſe, ſi quæ ea ſit, aut diabolicam, neceſſe fuerit, quarum nec huic unquam, nec illi hodiè rem tantam committere, tutum licitumve eſt. Atquin nihilominꝰ in patria noſtra weſtphalia qui-busdam locis & foris ea uſurpatur, tametſi nullo jure, ut alibi exclamavit *JC. in l. 13. §. fin. de injur. l. 21. de re ju-dic.* De proba *hac* ſanguinis profluvii latisſimè ſatis di-ſputavit *Bocer. de tort.* & pro nobis præcipua illa ratio facit, quod ſanguinis illius effluxio debeat eſſe vel natu-ralis vel ſupernaturalis: Si naturalis, ejus cauſa erit u-na & eadem, adeoq; ſemper cadaver homicidâ præſen-te cruentabit; ſed contrarium teſtatur experientia: Er-gò erit ſupernaturalis, cujus cauſa cum Judicis ingeni-um excedat, indeq; ejus rationem reddere nequeat, ſe-quitur cruentationem hanc pro inditio ad tortu-ram idoneo judicari non debere, non poſſe. *arg. l. 3. §. 1. de teſtib.*

(o)

DISPUTATIO 9.

Reſpondente

DN. LAURENTIO Reinekingk weſtph. LL. Studioſiſs:

Ait Bachovius hic, de editione rationum ſive inſtrumentorum ab Actore vel Reo facienda, rem nō eſſe expeditam, idem & ego ajo. Sic me tamen expedio, & quoad editionem inſtrumentorum & rationum nullam, inter actorem & reum verò aliquam differentiam, agnoſco. *Actor* tenetur indiſtinctè rationes omnes & inſtrumenta quævis, etiam quibus uſurus non eſt, reo edere; quod de rationibus conceſſerunt quidem alii, quod ex natura ſua ita conficiantur, ut etiam pro debitore ſcribantur, continentes duas paginas expenſi acceptiq́;; aſt quoq́, de inſtrumentis idem ab iisdem, propter manifeſtam æquitatem, ſi ſcilicet ex inſtrumento, quod penes actorem eſſe dicitur, reus, ſe non debere, oſtendere velit & poſſit, concedi oportuiſſet. *Reus* verò edet tantum inſtrumenta ea, quibus ipſe uti, quibusq́; ſe defendere voluit, ut regula, reus edere actori non cogitur *l. 1. & 4. C. de edend.* accipi debeat de iis inſtrumentis, quibus non eſt uſurus; ut autem edat ea quibus uſurus, alia regula facit. *l. 1. §. 3. de edend.* quæ generalis eſt, & ad reum quoq́; pertinet. *Donel. ad l. fin. n. 7. C. eod.* & ergò, ſi actor ex eo ipſo inſtrumento, quo reꝰ exceptionem fundat, replicationem probare velit, audiendus eſt. *Buſius ad l. 3. n. 8. ff. d. t.* quomodo 1. fruſtrà *Donel. Vmm. Hillig. &c.* quando actor videatur uti velle inſtrumentis, in- *Diſp. 5. th. 4. lit. a.*

 qui-

quirunt. 2. falsò *Tr: Hunn:* reum excipientem, ad replicationem actoris fundandam edere non teneri, inquiunt. Unicum nunc obſtat, nam quod etiam ea inſtrumenta, quibus actor uſurꝰ non eſt, edenda dixi, contrarium videtur *d. l. 1. §. 3. de edend.* Sed contrarium non eſſe, in diſcurſu videbimus.

Diſp. 6. th. 5. lit. c. Accedo Tr: & communi D: ſententiæ, quæ ratihabitionem in nuptiis non admittit, firmiſſimo motus argumento *l. 13. §. 6. ad l. Jul. de adult.* Si enim Mulier adulterii accuſari nequit, cujus conjunctioni pater poſteà conſenſit, ſequitur quod mulier illa, quoad tempus delicti non conſideretur ut uxor, nec vir ut maritus, & per neceſſarium conſequens, quod ratihabitio non retro trahatur ad initium nuptiarum; etenim ſi patris cõſenſus ſubſequens eò referri poſſet, certè adulterii, tanquam à legitima uxore commiſſi, mulier à marito poſſet accuſari. At accuſari nequit. *d. §. 6.* Ergò &c. Verum notabilis hic mihi occurrit difficultas. Dicunt Dd: ratihabitionem non efficere, ut liberi antè conſenſum patris adhibitum nati, legitimi cenſeantur, adeoq; matrimonium ratione prioris temporis nullum manere: Attamẽ à tempore ratihabitionis interpoſitæ legitimos demum naſci, conjunctionemq; tum primum valere & ſubſiſtere. Unde ſic: Si ratihabitio efficit, ut matrimoniũ, quod ab initio quidem erat nullum, poſteà tamen legitimum ſit, etiam ratihabitio efficiet, ut liberi antè nati, legitimi ſint, nam ſi ratihabitionem matrimonium legitimũ ſubſequitur; liberi verò anteà nati fiunt legitimi ſubſequente matrimonio; Et ergò, quia cauſa cauſæ eſt etiam cauſa cauſati, ratihabitionem quoq; legitimationem liberorum

[illegible] Quamvis [illegible] legitime
tantū liberos naturales, veluti ex concubinâ, non quoq;
ſpurios, veluti ex ſcorto, ſuſceptos: In hoc vero caſu
fœminam pro ſcorto, & liberos ex ſtupro natos haberi,
arg. d. l. 13. §. 6. Acceſſit *Hunn: & Bach.*

Accedo *Tr: Hunn:* negantibus eum, qui duxit inſcius viciatam ab alio, errore comperto, cogi eam retinere. *th. 8. lit. e.* Ratio principalior mihi hæc eſſe videtur, quod eandem pœnam in V. T. inventa viciata ſuſtinuerit, quam rea adulterii. *Deut. 22. verſ. 20.* aſt inquies cum *Bach. hic. p. 288. verſ. ad ſecundum*, ex ea pœna ad hanc quæſtionem malè inferri, quoniam & homicidiū morte puniatur, juſta tamen divortii cauſa non ſit. Reſpondeo me nō ſimpliciter ex eo argumentari, quod delictum illud fuerit capitale, ſed quod æquiparetur adulterio; ut quæ cauſa fuerit, quare adulterium pœna capitali puniri debuerit, ſimilis videatur fuiſſe, quare & hoc delictū fuerit factum capitale; ſcilicet ſicuti adulterium ipſum conjugale vinculum diſſolvat, ita quoq; novæ nuptæ ſtuprum, conjugale vinculū verè contrahi, impediat. Et adeo utrumq; delictum ultimo ſupplicio vindicatū fuiſſe. Sed *obſtat 1.* quod ſecundum noſtros Theologos matrimonium non niſi adulterio ſequuto & propter deſertionem diſſolvi poſſit; ſed reſpondeo, id verum eſſe de matrimonio jure valido, quod hoc caſu ab initio nullum eſt, ſiquidē illius modi mulieris fraus efficit, ut nunquàm cōjugale vinculū verè contractū & cōſtitutū eſſe videatur. *2. obſtat Jean*, cujus in hac materia nō levis ſolet eſſe auctoritas, *in c. 25. de Jjur. c. 1. 29. q. 1.* ſed Reſpondeo, cum in meretrice nulla ſpes ſit fidei, nulla certitudo pudicitiæ, patet quod non ſit retinenda. *C. integritas. 32. q. 1.* imò fatuus &

 impius

impius dicitur, qui retinet viciatam, nam patronus turpitudinis ejus eſt, *vide c. ſicut. &. c. dixit dominus 32. q. 1.* ut præſenti caſu verificetur *Conanus 8. Com 5.* quod jura Canonica ſæpè imprudenter & ſine ratione ſcripta ſint, imò quod difficilè ſit omnium, quæ Pontifices tradiderunt, rationem invenire, & inventam dicere periculoſum; Ex quibus etiam mirari ſubit illos, qui hic reconciliationem omnibus modis tentandam eſſe, requirunt. &c. Receſſit Bachov.

th. 5. lit. c. Deciſum hoc ſatis eſt, quod conſenſus parentum requiratur etiam de JCan: ſed quomodo, an de ſimplici neceſſitate, an tantum quatenus id honeſtum eſt, requiratur, adhuc ſub judice lis eſt. Concilio quidem Tridentino ita explicatum eſt JCanon: ut etiam anathemate notentur, qui conſenſum Patris de neceſſitate requiri exiſtimant, ac proinde uniformi ſententia Pontificiorum hodiè conſenſus patris tantum de honeſtate requiritur. *Hunnius* tamen *q. 43.* iſto jure conſenſum iſtum neceſſariò deſiderari diſputat; cui ego hunc ſyllogiſmum oppono: in rebus merè ſpiritualibus conſenſus parentum non requiritur. *C. ult. de judic. in 6.* matrimonium eſt res merè ſpiritualis. *c. 5. X. de bigam: non ordin:* Ergò in in eo contrahendo non requiritur conſ: par: *Vide ipſum Hunnium q. præc. 41. arg. 5.* Verum huic ſyllogiſmo occurrere conatur *in d. q. 41. in reſp. ad arg. 5.* negando aſſumptionem; quæ negatio licet in ſeſe vera ſit, ad præſens tamen argum: refutandum ne hilum quidem facit. Inquirimus enim hic tantum, num matrimonium Pontifici Romano unum ſit de 7. Eccleſiæ Chriſti Sacramentis; non verò an rectè & benè hoc affirmetur. Unde apparet non poſſe negari minorem, ſiquidem quæ ex

Jcan:

Joan: de quo eſt quæſtio, deprompta ſit, vel invertit ſta-
tum quæſtionis, non enim amplius quæretur, quid Jus
Canon. & Pontifex ſtatuat, ſed quam verè & bene. Et
revera Hunnius vim hujus ſyllogiſmi non effugiet, nam
in *d. reſponſ. ad arg. 5.* concedit canones matrimonium
habere pro negocio merè ſpirituali; Et ergò firmiſſimè
ſequitur, Canones quoq; conſenſum neceſſario haud
requirere, ſed plura inter diſputandum!

Accedo Tr: affirmanti, matrimoniales cauſas judi- *th. 8. lit. f.*
candas eſſe non à ſolis Eccleſiaſticis, ſed etiam viris po-
liticis. Quomodo rectiſſimè territorii Saxonici ſuperi-
ora & inferiora Conſiſtoria, ex Theologis & Jctis ſunt
conflata pariter. Atq; ea ſententia in locis reformatæ
religionis parum habet dubii. Eſt tamen quidam, qui
harū cauſarū cognitionem, ſoli Judici Laico adſignet,
quem miror inter cœtera hoc uti argumento. Quod op-
probrium ſit Clericis, ſi peritos ſe velint eſſe diſceptatio-
num forenſium. *L. 23. C. de teſtam.* matrimonium vero,
ut ipſe adſumit, ſit res merè politica, & ad id probandū
allegat. *Beuſt. Rennem. Luther. &c.* Sanè ridiculè & ma-
lè, ſiquidem hoc ipſum ζεινόμϑυον eſt, & plures alii ma-
trimonii quid ſpirituale habere, matrimonialesq; cau-
ſas ut plurimum continere Conſcientiæ gravamina, di-
ctitant, cœteroquin ex ſententia illorum qui à Pontifice
diſceſſerunt, matrimonium propriè Sacramentum non
eſt. E contrà in terris Pontificum iſtæ cauſæ coràm Ec-
cleſiaſtico judice tantum tractari & ventilari debent, ex
ea ratione, quod de Sacramentis cognoſcere ſit Eccle-
ſiaſticorum, quæ præterquam quod dubia & potius fal-
ſa ſit, inſuper hoc ſolum concludit, quod Eccleſiaſtici in
iſtis cauſis etiam & magis judicare debant, at non quod

 tan-

tantũ. Et nobis hic non de matrimonio, quà Sacramento, quave myſterio, quæſtio eſt, ſed quaten9 de illo controverſiæ eſſe poſſunt, ſuper gradibus prohibitis, ſuper conſtitutione aut diſſolutione ejus, &c. Acceſſit Hunn:

th. 8. lit. b. & c. Tr: noſter, noſtriq́; ferè Theologi communiter, hanc concluſionem habent certiſſimã, præter adulterium & malitioſam deſertionẽ nullam divortii legitimam cauſam eſſe poſſe, quod ea demum vera & legitima cauſa ſit, quæ ipſo Dei verbo expreſſa ſit, neq́; deceat divortii cauſas extendere & amplificare, quod ſit divortium certè res odioſa; Sed neſcio an huic concluſioni præciſè ſtandum ſit. Sanè *Bach. & Hunn:* plures commemorant cauſas, propter quas diſſolvi conjugia poſſint, veluti ob ſupervenientem frigiditatem, morbum incurabilẽ qui omnem cohabitationem conjugalem excludat, &c. pro quibus ſumma militat ea ratio, quæ ſumitur à periculo peccati, in quod conjux, quæ propter ætatem continere nequeat, facilè incurrat. Verum obſtat locus *Matth. 5. verſ. 32. ibi, excepta fornicat: cauſa. & Matth. 19. verſ. 9. ibi, niſi ob fornicationẽ.* ex quo Theologi arguunt, quod exceptio adulterii confirmet regulam in caſibus nõ exceptis, & urgent in græco textu partic: excluſivas, παρεκτὸς εἰμὴ. Sed ex quorundam ſententia reſponderi poſſet, Chriſtum apud *Matth.* tantum exempli cauſa & ad excludendas cauſas leviores, ſolum adulteriũ excepiſſe, *V. Hunn. hic. p. 685. col. 2. in m.* quæ reſponſio tũ argumento *N. 115. c. 3.* juvari poſſet, tum etiam indè, quod Apoſtolus *Paul9 1. Cor. 7. verſ. 15.* deſertionem quoq́; exceperit & addiderit *V. Hunn. hic. p. 686. col. 1. in pr.* malim tamen ego cum *Bach. hic. p. 310. in pr.* duplex genus cauſarum, ex quibus divortium fieri poſſit, conſtituere & reſpondere, quem adeò inſpice.

Hanc

Hanc quæſtionem, quam Huanius ſuppreſſit, [illegible] nonis & tituli hu[illegible], eleganter [illegible] partem reſolvit Bach. hic, cui adſentior, quod [illegible] negativam contra Tr: in puncto juris veriorem eſſe [illegible] maritum, ut illi lucro dotis locus detur, requiritur ut traductio & complexus maritalis ſecutus ſit, pro qua ſententia rationes fere easdem, quas hic Bachov: deduxit *Vasqu. 1. contr. uſu freq. 3. n. 21.* ex quibus hæc, qua tamen à Bach. omiſſa fuit, maximè placet, quod cum in defectum liberorum hujusmodi ſtatutum proponatur, caſus talis ſupponendus ſit, quo liberi potuiſſent ſuſcipi &c. *V. etiam Tholoz. 45. ſynt. 14. n. 7. & ſeqq.* *Diſp. 7. th. [illegible] lit. d. Preſ. imò ampliatur.*

Idem etiam Bachov. ſatis benè quæſtionem de fidejuſſore pro dote reſtituenda ſpontè à marito dato, *ſub th. 4. lit. b.* propoſitam, licet pro Tr: reſolvit, tametſi *Hunn: hic. q. 32.* contradicat, qui quidem diſtinguendo inter fidejuſſionem neceſſariam, quæ inhibeatur, & voluntariam, quæ permittatur, argumenta noſtra reſolvit, ſed nondum quandam eſſe etiam fide juſſionem voluntariam, juridicè probavit. Mihi ex ratione juris noſtri, omnis fidejuſſor videtur neceſſariò datus; etenim nemo ultrò fidejuſſorem offerre, & hoc onere, quod in Jure: non grave tantum, ſed pene famoſum habetur. *l. 17. in f. de teſtam. tut.* ſe obſtringere velle, præſumitur. *th. 4. lit. b.*

Mulier ingens malum eſt, inquit ille, quod pater à ſe progenitum, ut in alienam propellat domum, precio dato cogitur detrudere; quod preciũ jura noſtra dotem appellant, quæ datur marito pro oneribus matrimonii. Unde quæritũ: an maritus ſit rei dotalis domin9? Variæ hic ſunt ſententiæ, quicquid verò Interpp. quantumq; varient, maritũ rerũ dotaliũ verum dominiũ conſtante matrimonio habere, verius ſemper putavi: nam quibus cauſis traditio nõ domini uſucapiẽdi facultatẽ, iisdẽ veri *th. 6. lit. c.*

domini traditio dominii jus transfert. *l. 74. de contr. emt.* at uxor caſibus iis, quibus domina non eſt, transfert uſucapiendi facultatem, *l. 1. & t. t. ff. pro dote.* Ergò caſibus aliis, quibus domina eſt, dominii jus transfert. Quare ſemper aut omninò dominium, aut uſucapiendi conditio marito quæritur. *V. Bach. hic, p. 350. b in m.* Verum duo nunc objici ſolent. 1. quod dos mulieris eſſe dicatur &c. *vide Bach. d. p. 350. inf.* 2. quod marito deſit perpetuitas dominii. *V. Don. 14. c. 4.* ſed ad *prius* reſponderi poteſt, inſpecto quidem initio, hoc eſt, Conſtante matrimonio maritum verum dominum eſſe, ſed exitu conſiderato, hoc eſt, ſoluto matrimonio uxorem, quod res dotales ad ipſam redeant; ad *poſterius*, quod quidem, apud maritum ſit dominium revocabile, non perpetuum, hoc tamen nihil obeſſe, quia id crebrò accidit, ut ex cauſa dominium etiam ipſo jure recedat *t. t. de in diem addict. & de L. commiſſ. l. 8. C. de rev. donat.* adeat lector *Lykl. 7. memb. 26.*

Diſp. 8. th. 3. lit. a.

Recedo à Tr: ſtatuente, teſtamentariam tutelam in Electoratu locũ habere non poſſe; quoniam Jcommune vult, ut quamdiu ſperetur teſtamentaria tutela, ceſſet legitima. *l. 11. pr. de teſt. tut.* ſicuti quamdiu ex teſtamẽto adiri poſſit hereditas, ab inteſtato nõ deferatur *l. 98. de R. I.* hoc autem Jus principibus Electoribus ademtum non eſt; Quod ergò expreſsè mutatum non eſt, cur ſtare prohibetur? *L. 37. C. de teſtam.* atquin inquiunt Tr. & alii, Jcommune per *c. 7. A. B.* correctũ eſſe, hocq; tanquàm certiſſimam hypotheſin præſupponunt, ſed principium petunt, quoniam hoc ipſum quæritur, an A. B. hæc ſententia ſit, & illa jus tutelæ agnato proximo ita

con-

conſulerit, ut parentibus Electoribus Jus alios tutores conſtituendi voluerit eſſe ademptum? quod mihi cum *Bach. & Hunn.* negandum videtur, nam in omnibus interpretationem fieri oportet, ut quoad ejus fieri poteſt, ad juscommune deveniatur, & ne ejus correctio aliqua inducatur. Itaq; verba *d. c. 7.* ſic interpretari decet, videlicet tum demum Agnatum proximum fore tutorem, ſi teſtamentarius tutor non fuerit. Atquin ita fruſtranea fiet Conſtitutio *d. c. 7.* ſiquidem nihil diverſi cõtinebit à Jcommuni; ſed præterquam quod ibi adhuc aliquid novi diſpoſitum ſit, hoc etiam reſponderi poteſt; de tutela *in d. c. 7.* nihil conſtitutum eſſe principaliter, ſed incidenter tantum & exempli gratia inductum, ut adeò Carolus 4. quoad tutelam novi aliquid conſtituere noluerit. Receſſit Hunn. & Bach.

Recedo à Tr: & Hun: & cum *Sc. Gentile 1. ad orat: D. Marci. 1.* tutelæ dationem non meræ permiſſioni, ſed ſpeciali Jdictioni, adſcribo; quod ut perſpicuum magis reddam, hoc præmitto. Jdictionis nomen generale eſt. *l. 4. ibi, generali Jdict: de off. ejus.* Jdictio hæc generalis duplex eſt, Imperium & Jdictio in ſpecie. *arg. §. 1. J. de adopt.* Imperium rurſus vel Merum vel Mixtum eſt. Jdictionem vero in ſpecie quis habet vel ſuo jure, vel alieno beneficio. *l. 5. de Jdict.* Illa jure Magiſtratus exercetur, vocariq; poteſt ſimplex ſive communis Jdictio, quæ regulariter & omnibus Magiſtratibus competat. *Paurm. 1. de Jdict. 8. & 11.* hæc nominatim Lege SCto &c. attribuitur, diciq; poteſt ſpecialis ſive Legalis Jdictio, quod ſpecialiter & à Lege extrà cauſas criminales deferatur. *Math. Steph. 1. de Jdict. 4.* Exemplum hujus ſpecialis Jurisdictionis *th. 1. lit. e*

Hh mihi

mihi inter alia eſt, tutoris datio, quod ſic doeco. Si Legis actiones ſunt Jdictionis, erit & tutoris datio: ratio connexi eſt in *L. 77. de R. I.* at illæ V. G. adoptio, manumiſſio &c. Jdictionis ſunt, *l. 2. 3. de offic. proconſ.* Ergo & hæc erit. Sed illæ non ſunt Jdictionis ejus, quam habemus Jure proprio, id eſt, Magiſtratus jure, *arg. l. 5. de Jdict. juncta l. 1. de off. jurid. l. 21. de man. vind. l. 1. C. de adopt.* Et ergò erunt hujus quã habemus alieno beneficio, ideſt ſpeciali conceſſione. Unde firmiter concluditur, tutelæ dationem Jdictionis ſpecialis eſſe, & ulterius infertur, nihil obſtare *l. 6. §. 2. de tutel.* ſi quidem ita ibi non removet Ulp. totam Jdictionem in ſpecie ſed eam tantum, quæ ſuo id eſt magiſtratus Jure competit; ut inde male colligas, tutoris datio non eſt Jdictio quæ ſuo Jure competit. Ergo plane non eſt Jdictio: neq; etiam ex *dicto* §. 2. bene inferas ea quæ ſpecialiter dedit Lex vel Senatusconſultum non eſſe Jdictionis, vel alias abſurdo ſequetur, nec merum imperium, quod ſpecialiter lege &c. datur, ullius Jdictionis eſſe. Quæ tamen ex *dicto* §. 2. collectio & illatio communiter à Doctoribus falſo probata fuit. Receſſit ex parte Bachov. hic.

Diſp: 9. th. 1. lit. B. Accedo Treutlero & affirmo, tutores etiam poſt conſtitutionem Divi Marci excuſationem protinus per viam Appellationis proponere poſſe; neq; ulli, hoc affirmare abſurdum videbitur, qui attenderit, quid & quantũ per Conſtitutionem ſuam Div9 Marcus de Jure veteri mutaverit. Olim non potuit à tutoribus excuſatio per viam nudæ & ſimplicis querelæ, ſed debebat tãtum per viam appellationis proponi *l. 1. §. 2. Quand. Appell.* Hoc, quia durum, correxit Divus Marcus ſtatuitq;

ut

ut tutores appellationem ſtatim interponere neceſſe nō habeant, ſed quoq; ſe per ſimplicem querelam excuſare poſſint. Et ergo poſſunt quidem adhuc hodie ſtatim à delatione tutelæ, non exſpectata rejectione cauſarū excuſationis, appellare, veruntamen non, ut olim, amplius coguntur. Qui enim neceſſitatem tantum aliquid faciendi removet, facultatem idipſum faciendi tacitè relinquit. Sed duo graviter obſtāt. 1. quod dicitur in *dict. l. 1. §. 1. Quand. appel.* fruſtra appellari, videlicet ante rejectionem cauſarum. Reſponderi tamen poteſt hoc modo, fruſtra id eſt inutiliter ſive non neceſſario appellari, ut in illo, fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri poteſt &c. ut nihilominus ſic appellare liceat. 2. Quod appellatio fieri non poſſit ab ipſa datione. Quippe à datione appellare, eſſet ab ipſa lege, Scto conſtitutioneve principis, quæ hanc dationem ſpecialiter conceſſerunt, provocare. Reſponderi tamen & hic poteſt, ſtatim à delata tutela appellare abſurdum nō eſſe, quo enim modo olim ſine abſurdo ita potuerunt appellare, eodem etiam modo hodiè poſt Conſtit. D. Marci poterunt provocare *vid. Cujac. 9. obſ. 35.* Receſſit *Bachov. & Hun.*

Accedo Treutl. affirmanti, tutorem uti ob dolum, ita quoq; ob latam culpam remotum, fieri infamem, propter regulam Juris, quæ de dolo & culpa lata, tanquam de æquiparatis idem ſtatuit, cui regulæ tamdiu ſtandum eſt, usq; dum probetur exceptio. Sed reſtringunt Adverſarii æquiparationem iſtam tantum ad Contractus & Juſtitiam commutativam, & eam in delictis & diſtributione pœnarum ſecundum Juſtitiam diſtributivam procedere negant, materia autem hæc de qua hic quæratur, Juſtitiæ diſtributivæ ſit, non commutativæ, quare *th. 4. lit. G.*

 cum

cum de Infamia irroganda agatur, non æquiparari latam culpam dolo dicunt. Dicunt quidem hoc, quod fateor, ſed non probant. Et hanc reſtrictionem unicus textus *l. 1. §. 2. Si is qui teſt. lib.* abunde refellit, qui æquiparationem illam etiam in actionibus pœnalibus procedere oſtendit. *Vid. Bach. Vol. 1. p. 976. in m.* Eſt nihilominus quidam, qui contra nos ita argutetur. Suſpectus ob culpam remotus non fit infamis. *§. 6. Inſt. de ſuſpect. tutor.* at ob ſolam latam culpam quis ut ſuſpectus removeri poteſt, non etiam ob levem. Ergo ob latam culpam remotus non fit infamis. Minorem probat 1. ex definitione ſuſpecti, quæ habetur *in §. 5. J. dict. t.* quam ille latæ culpæ tantum competere dicit. Quia 2. Iſte non ex fide tutelam gerat, qui fraudulenter agit *l. 31. §. 1. de bon. auct. Jud.* & hinc 3. iſte demum ut ſuſpectus removeatur, qui fraudem admiſit *l. 1. & ſex ſeqq. C. de ſuſp. tut.* Et ergo quis ob levem culpam tanquam ſuſpectus non removebitur, ſed ejus nomine judicio tutelæ tenebitur. Sed ad hæc paucis ego reſpondeo: Sic argumentando. Qui non ex fide tutelam gerit removetur ut ſuſpectus *d. §. 5.* Qui levem culpam committit, non ex fide tutelam gerit, aut ſi ex fide gereret, in culpa minime eſſet. Ergo &c. neq; poteris, non ex fide gerere, ita Interpretari, quaſi fraudulenter gerere, ſed, non ex officio gerere; quia *arg. l. 3. § fin. de ſuſpect. tutor.* probari poteſt, aliquando removeri tutorem qui non ſit in dolo, & ergo neq; ſit in lata culpa, quæ dolo comparatur, ut adeò quidam tutor ob levem culpam poſſit removeri. Niſi dixeris ita quidem eum poſſe removeri, ſed non ut ſuſpectū, *arg. l. 4. ff. eod.* noſtra autem ſit quæſtio de ob culpā ut ſuſpecto remoto. Sed replicaverim ego, tutorē ſi levis

culpæ

culpæ in adminiſtratione reus ſit, & ſuſpectum poſtula-ri, & ſalva tamen exiſtimatione poſſe removeri. Ex ergo tutores ſive doloſe ſive fraudulẽter ſive negligenter res pupilli geſſerint, ut ſuſpecti removeri poſſunt, ſub ea tamen differentia, ut qui ob dolum & latã culpam removentur, infamia notentur, non etiam qui ob levem. *arg. rubr. tit. ff. de ſuſp. tut.* quomodo intelligo §. *6. J. eod.* Acceſſit Bach. & Hunn.

Recedo à Tr: Hunn: & exiſtimo cum Dd: communiter, filiumfam: neq; de iis adventitiis quorum uſusfructus ad patrem non pertinet, teſtari poſſe; ſolido hoc argumento mot9, quod hereditas à filiofam: absq; ſui patris conſenſu adita, ſit peculium adventitium, in quo patri non quæratur uſusfructus *l fin. pr. C. de bon. quæ lib.* Sed de ea hereditate, etſi filiusfam: eam absq; patris conſenſu poſſideat, attamen teſtari prohibetur. *l. pẽ. C. qui teſt. fac. poſ. ibi, ſive ſine patris conſenſu bona poſſideãt.* Argumentũ hoc benè informat *Bach. hic. p. 518. in f.* quod quomodo Hũni9, vel quisquã alius effugere queat, non animadverto. Interim adverſarii in hoc argumẽto vincere & triumphare volunt, quod ceſsante cauſa ceſſet quoq; diſpoſitio ex illa cauſa: Eam verò unicam fuiſſe cauſam, cur filiusfam: teſtari non potuerit, quia nihil ſuum habebat, ut inquit *Ulp. in frag. tit. 20. §. 10.* Sed tralatitium nunc eſſe filiosfam: ſua habere peculia, cũ uſufructu propria. *d. l. fin. pr. C. de bon. quæ lib.* atq; hinc *Juſtin, in d. l. fin. §. 5. verſ. filiis. a.* filiosfam. prohibere *duntaxat* teſtari de peculiis, ex quibus patri uſusfructus debeatur, ut conſtaret de illis, quæ cum uſufructu propria filiorũfam: ſunt, ſe nolle eos teſtari prohibere. Sed illis reſponderi poteſt; conſequentiam hanc non eſſe bonã. *Diſp. 10. th. 2. lit. c.*

Bona habent. Ergo teſtari poſſunt, quia amplius requiritur, ut etiam quo ad illa bona, patresfamilias & nõ ſub poteſtate ſint, qui teſtari volunt. *Vide Bach: p. 522. in f. & p. ſeq. pr.* qui idem *Bach. eadem p. 522. in pr.* ſufficienter *d. l. fin. §. 5. verſ. filiis autem:* explicat, & bene per legem nuper promulgatam *in d. l. pen. C. qui teſt. fac. poſſint,* intelligi putat *d. l. fin. C. de bonis quæ lib.* ut ita ipſemet Juſtin: huic argumento à cõtrario ſenſu ducto, *in d. l. pen.* reſponderit, ſeſeq; declaraverit. Receſſit Bach.

th. 5. lit. a. Accedo Tr: affirmanti, quod teſtamentum coram minori numero teſtium confectum, nec quidem in foro animæ obliget; ratio qua moveor potiſſimum ea eſt, qua à defectu ſolemnium arguitur ad defectum voluntatis. Teſtator enim qui minorem teſtiũ numerum adhibuit, cum Jus ſciverit, aut ſciviſſe præſumatur, actum eluſorium facere voluiſſe videtur, vel quaſi pænitentia duct9, nec in voluntate perduraſſe cenſetur, *argum: l. 18. de legatis 3.* Quæ etiam ratio effecit, quod princeps, qui alioqui Jcivili ſolutus eſt, ex hujusmodi teſtamento, ratione ſolennium imperfecto, capere nequeat. *l. 3. C. de teſtam:* ſc: quod illud teſtamentum neq; obligationem naturalem pariat: ſed diſſentientium argumentum potiſſimum hoc eſt. Quia enim ſolutum ex tali teſtamento non repetatur condictione indebiti, *l. 2. C. de fidecom:* utiq; ex tali teſtamento obligationem naturalem naſci, & per conſequens in foro etiam conſcientiæ debere ſervari. *Bach. hic. arg. 1.* Reſponderi tamen poteſt, aut hæres ex tali teſtamento legata &c. ſolvens, ſcivit teſtamentum hoc minus eſſe ſolenne, & impeditur condictio, non ob naturalem obligat: ſed ob ſcientiam *l. 9. C. de condict. indeb.* aut neſcivit, & tum erravit vel in Jure,

& pro.

& propter juris errorem ex communi Dd. ſententia non condicit; aut in facto, & condicere eum poſſe, [illegible] eſt in l. 7. C. eodem. Quomodo hoc argumentum detorqueri poteſt. Cœtera quæ habet Bach. hic inter diſputandum removebimus. Receſſit Bach. Hunnius vero hic non loquitur, promiſſi & tituli ſui dennò immemor.

Recedo à Tr: atq; in ſententiam *Duareni & Cujacii* deſcendo, & Romæ teſtes annulo præcisè teſtamentum obſignare debuiſſe, credo: Tum quod alias in teſtamentis ſervabatur nimia & miſera diligentia, *l. 88. §. fin. de leg. 2.* Tum, quod jure deficiebat teſtamentum, ſi omnes teſtes coram teſtatore eodem loco ſuo vel alieno annulo non ſignaſſent, *l. 12. C. de teſtamentis;* Sed neq; ſuo neq; alieno ſignabant annulo, qui teſtamentū aliò quodam impreſſo ſignabant, tum deniq; quod magis erat, ut tantum annulo Romani ſignare poſſent, dum tamen haberet χαρακτῆρα, hoc eſt, præter formam & ductū quendam der Wapen contineret characteres Buchſtaben/ per quos naſceretur, cujus fuerit ānulus *l. 22. § 5. qui teſt. fac. poſſunt*. Atquin inquies, nō materiam in qua, ſed ipſum characterem conſideratum fuiſſe, quippe requirebatur annulus, non quia annulus, hoc eſt, in orbem reflexus, ſed quia ſignum teſtis in eo inſculptum fuit. Reſpondeo per inficiationem; nam jure Romano annulus ad teſtamenti ſolennitatem, character etiam ad fidei quæſtionem, pertinuit. *d. l. 12.* & ergo ſignum aliud annuli loco in teſtamenti obſignatione adhiberi, citra actus viciationem non potuit. Et utiq; tali caſu, quo teſtis inſtructus eſt & annulo, & ſigno alio, annulus præcisè ab adverſariis requiritur. Quare? Sane character ineſt utriq;, ideò à diverſitate characteris ratio deſumi nequit, ſed ab annulo

nulo formam iſtam inſculptamq; ſigni imaginem continente; & ergo aliquo modo annulum, id eſt, formam circularem ipſi adverſarii conſiderant.

Diſp.11.th. 3. lit. d. verſ. illud difficilè.

Accedo Tr: neganti, liberos in conditione poſitos, eſſe etiã in diſpoſitione. V. G. T. inſtituit in ſuo teſtamento hæredem Mævium, Mævioq; *ſi deceſſerit ſine liberis*, Cajum ſubſtituit. Naſcuntur M. hæredi inſtituto liberi, qui extra dubium C. ſubſtituto præferuntur. Sed quomodo præferantur, quæritur; num ita, ut ſuccedant, tanquam vocati à T. teſtatore in teſtamento, num vero ut ſuccedant M. ſuo patri ab inteſtato? quæſtio ea eſt de re magni momenti, inquit *Duarenus tit. de condit. c. 5.* Etenim ſi priore modo liberos natos præferri dicamus, ſequetur M. patrem ſuis liberis quoq; fideicommiſſo ad hæreditatem reſtituendam obſtrictum eſſe, & conſequenter ipſum nihil de relicta hereditate in præjudicium ſuorum liberorum alienare vel diſponere poſſe; conſequens autem hoc falſum eſt, ſiquidem conditio in favorem M. adjecta non debet in odium ejus retorqueri. Eſt verò conditio, *ſi ſine liberis*, ideò adſcripta, ut exiſtens faciat deficere fideicommiſſum, quare eadẽ novo fideicommiſſo patrem non poteſt obſtringere. Et ergò, poſteriore modo liberos præferri dicendum eſt; hoc eſt, M. pater ipſorum inſtitutus, non cenſetur gravatus iis hereditatem relictam reſtituere, adeoq; quoad liberos natos res ad cauſam inteſtati redigitur, & ſic M. pater de bonis relictis pro libitu diſponere, paciſci &c. poterit. Acceſſit Hunn. & Bach: qui quoniam diſſentientiũ argumenta examinant & exanimant, inſpici poſſunt, ut falſus ſit *Mantica lib. 11. de con. ult. vol. tit. 2. n. 2.*

inf. ubi ſcribere veritus non fuit, Jus quoad hanc quæſtionem adhuc incertum eſſe &c.

Tr: & Hunn: vix aliquem ſubſtitutionis vulgaris ſuo heredi factæ, effectum admittunt, & ſimpliciter exiſtimant, neq; per talem ſubſtitutionem, neceſſitatem tolli, neq; etiam ſuitatem enervari; ſed videri parentem, ita ſubſtituentem, ſolummodo contrà beneficium prætoris quo ſuis conceditur abſtinendi facultas, ſibi cavere voluiſſe, ut ille in iſtum caſum, quo filius eo beneficio utitur, herede tamen non deſtituatur. Alii verò nimium ſubſtitutioni vulgari hac in re tribuunt, qui exiſtimant eam facere ex ſuo heredem extraneum: *Vide Fachin. 4. c. 71.* ſed media ſententia placet, quam optimè noviter mihi oſtendit *Bach. bic. p. 631.* cujus verba deſcribere & defendere placet: Subſtitutione vulgari, inquit ille, tollitur in favorem patris introducta neceſſitas, non autē quæ diverſa planè eſt, ſuitas, &c. Itaq; ſubſtitutio vulgaris ex ſuo herede non efficit extraneum, tametſi ex neceſſario faciat voluntarium. Abſurdum verò non eſt, eſſe ſuum, & eſſe voluntarium, ſicuti me docuit idem *Bach. d. p.* & ergò errant illi, qui heredem ſuum & neceſſarium ſæpius confundunt, quaſi verò ſuitas & neceſſitas non ſint qualitates diverſæ, quos vel unica perſona Servi refellit ſatis, in quo neceſſitas eſt, ſuitas nō eſt &c. Quæ Bachovii, ut dixi, placent & defendam. *th.7.lit.e.*

Recedo à Tr: & Hunn: qui filiofam: cui ſubſtitutus vulgaris datus eſt, hereditatem repudiante, patrem admittunt, ſubſtitutoq; præferunt; Etenim proviſio hominis tollit proviſionem, Legis. At pater vocatur à Lege. *l. fin. §. 1. & 2. C. de bon. quæ lib.* Subſtitutus verò à teſtatore, ut conſtat. Ergo ſubſtitutus Patrem remo- *th.7.lit.f.*

Digitized by Google

vet. Nec refert, etſi dixeris, teſtatorem cenſeri ſe cum Legis diſpoſitione conformaſſe, Lex autem diſpoſuerit, ut pater repudiante filio hereditatem, tanquã heres admittatur. *d. l. fin.* §. *1. & 2.* quoniam procederet hoc, ſi in aliqua Lege diſpoſitum fuiſſet, ut pater tanquam heres admitteretur, etiam tum ubi filio repudianti ſubſtitutus datus eſt. Sed hoc in nulla Lege dicitur, ut adeò nõ præſumatur teſtator hoc caſu patrem ſubſtituto prætuliſſe: neq; contrarium habetur in *d. l. fin.* §. *2.* quia vix monſtrari poteſt, quod *in d.* §. filio inſtituto à teſtatore dat9 fuerit ſubſtitutus, ut adeò petatur principium, quoniam hoc ipſum quærimus, num *d. l. fin.* locnm habeat, quando inſtituto datus eſt ſubſtitutus. Receſſit Bach. qui tamen poſtea in addit: ſententiam ſuam retractavit, & pro patre cum Tr: reſpondit, non benè; enimverò nõ ut ipſe dicit, hoc caſu facultas liberè repudiandi à Juſtin: conceſſa filio, nocet patri, ſed defuncti ultima voluntas, quæ ſubſtitutum prætulit. &c.

Diſp. 12. th. 2. lit. b. Num exheredatio perimat ſuitatem, num minus, quæſtionis eſt admodum controverſæ, aliis eam affirmativè, aliis verò negativè, decidentib9; quorum utriusq; partis rationes deducit *Bach. hic.* Mihi diſtinctionis fœdere diſſidiũ hoc, & quæ utrinq; ſunt difficultates, commodè componi videtur: vel enim à ſcripto herede adita cum effectu eſt hereditas, ſic ut nullo modo teſtamẽtum everti queat, atq; tum vera eſt deciſio affirmativa, videlicet exheredatione ſuitatem eſſe peremtam; vel nondum adita eſt, aut adita quidem, ſed non firmè, putà, ſi inſtitutâ querelâ ſequatur contrà teſtamentum ſententia, atq; tum vera eſt deciſio negativa, videlicet ſuitatis

tatis jus exſtinctum: nondum eſſe vel fuiſſe. Hancce diſtinctionem manifeſtò comprobat *l. 12. §. 5. de bon. lib. l. 20. pr. de bon. poſſ. contr. tab.* Et ita ſentit *Gomez. 1. var. reſ. 11.* ita poſt Gomezium *Bach. in c. 20. diſc. miſc. & in not. hic.* Ita poſt Bach. *Hilliger, D. E. 7. c. 1. lit. c.* Ita poſt illos ſentio quoq; ego.

Poſito: pater filium ſuum Sejum impuberem, inſtituit heredem in teſtamento, eiq; Titium pupillariter inſtituit, hoc modo: *Si filius meus heres mihi non erit, ſive heres erit, & prius moriatur quam in ſuam tutelam venerit, tunc Titius heres eſto:* mortuo patre teſtatore, Sejus filius & hereditate paterna abſtinet, & interim impubes in pupillari ætate moritur. Quæritur nunc, num nuda Seij heredis abſtinentis exiſtentia faciat valere tabulas pupillares, ita ut pòſt Sejo pupillo mortuo Titius ſubſtitutus ſuccedere poſſit? Et videri poſſet Titium ſuccedere haud poſſe; nec enim valet pupillare teſtamentũ, niſi patris fuerit adita hereditas, neq; ſufficit ad ſecundarum tabularum vim ſic eſſe factum teſtamentum, ut ex eo adiri hereditas poſſit; verba ſunt *l. 10. §. 4. de vulg. & pup. ſubſt.* junge *l. 2. §. 1. ff. eod.* atquin in hac facti ſpecie proponitur à Sejo teſtatoris filio, hereditatem aditam non eſſe, & ergò nuda heredis Seij exiſtentia tabulas pupillares & paternas non confirmat. Sed reſponderi poteſt, omnes juris textus, qui aditionẽ hereditatis omninò urgent, accipiendos eſſe de caſu, quo extraneus inſtitutus, filiꝰ verò exheredatus eſt, non etiã, ſi ſuus heres ſcriptus ſit; Extranei dicuntur acquirere, adire hereditatem: Sui verò exiſtere, immiſcere, retinere. Illi repudiare, hi verò abſtinere, quãvis autem ſui ſe abſtineant, nudùm tamen nomen heredis retinent. *l. 6. §. 2. l. pen. §. pen. de bon. lib.* th. 3. lit. c.

Digitized by Google

juncta *l. 30. §. 10. de fidei. lib.* quod non ita eſt in extraneis repudiantibus. Quare magis cum Tr: ſolam ſui heredis exiſtentiam tabb: pupillares cõfirmare ſtatuam & defendam. Sed fortiter huic ſententiæ obſtat *l. 11. § 1. ad Trebell:* placere poteſt limitatio & reſponſio *Bach. hic. p. 712.* quamvis *Schieferdeg. lib. 2. tr. 2. q. 11.* aliter reſponderit, quem per totum omninò vide.

Diſp. 13. th. 3. lit. c. verſ. porrò. An inter verbis tantum, ut loquuntur, reſpectivè, conjunctos, etiam locus ſit Jaccreſcendi, anceps contentio eſt ac quæſtio, in qua pronunciare prætori liceat, *non liquere*, arg. *Suevii lib. 2. de Jaccr. c. 3. Bach. hic. p. 770. & ſeqq.* qui hinc inde hanc quæſtionem diſputant & agitant. Ego interim Tr: noſtro accedo, & in conjunctione verbali, V. G. Titio & Cajo fundum æquis partibus lego, huic juri locum eſſe affirmo, tùm quod ubicunq; conjunctio eſt, ibi etiam ſit Jaccreſcendi, ſed verbis tantum conjuncti, utiq; conjuncti ſunt. *l. 142. de V. S.* ſyllaba enim *Et* conjunctionem facit, tum quod prælationis jus præſupponat neceſſariò Jaccreſcendi; ſed verbis tantum conjuncti, re tantum conjunctis præferuntur. *l. 89. de leg. 3.* & ergò Jaccreſcendi in verbali conjunctione locum ſuum invenire & habere poteſt. Principalior ratio propter quam cœteri diſſentiunt, iſthæc eſt: quod ut Jaccreſcendi loc9 fiat, neceſſe ſit legatarios ab initio ſolidum habere, partes verò per concurſum. *l. 3. de uſufr. accr.* unde ſic argumentantur. 1. ubi ergò teſtator fecit partes, tunc ceſſat Jaccreſcendi; atquin verbis tantum conjuncti à teſtatore habent partes, *l. 89. de leg. 3.* ubi urgent partic: *Semper*. 2. qui non habent Jus petendi ſolidum, illis non poteſt accreſc ere. *d. l. 3.* atquin

quin verbis tantum conjunctus non habet jus petendi ſolidum, quia abſurdum ſit, cum cui teſtator partem aſſignavit, ſolidum perſequi. Ad quæ doctè ſatis reſpondit *Bach. p. 772. in m. & p. ſeq.* Etenim quamvis teſtator expreſſis partibus oſtendat velle ſe, ut ſinguli partes adſcriptas habeant, hoc tamen ſub hac demum conditione intelligit, *ſi etiã concurrant*, d. l. 3. ut ſic adhuc quisq; ſolidum ab initio habeat ex tacitâ voluntate defuncti, *ſi conjuncti non concurrant*. Quomodo nec obſtat partic: *Semper*; ſcilicet verbis conjuncti ſemper partes habent, hoc eſt, & ab initio ex verbis, & poſteà facto concurſu ex voluntate &c. acceſſit *Bach. & Hann.*

De effectu legatorum ſi quæratur, hæc ſeqq: mihi probabuntur. Pro omnibus legatis etiam vindicationem ſive realem actionem Jdigeſtorum competiiſſe, quod in Legibus generaliter & indifferenter dicatur, vindicari legatum in genere, non legatum vindicationis, neq; inter legata, vindicationis ſcilicet, damnationis, ſinendi modo &c. quicquam diverſitatis probari poſſit. Diſſentit tamen *Vultej, ad §. 2. n. 4. I. de legat.* & plæriq; alii, quos refutat ſatis ſola *l. 76. §. 8. de leg. 2.* hoc ſiquidem indubium eſt, quod legatarius habeat actionem perſonalem, ex q. ſcilicet contractu. *§. 5. I. de obl. quæ q. ex contr.* at verò quod habet & rei vindicationem, id demum peculiare eſt in legatis, ut plenior eorum agendi facultas ſit. *d. l. 76. §. 8.* Et quid ni rei vindicationem habeat, ſiquidem dominium facto teſtatoris ad ipſum diſceſſiſſe dicitur. *l. 10. §. fin. de cond. furt. V. Bach. hic. p. 833. in f.* Dominiũ inquam, non utile & fictum, quod voluit *Gomez. 1. reſ. 12. n. 7. in m.* ſed verum & directum; Enimverò ſi illud tranſit facto teſtatoris. *d. l. 10. §. fin.* item rectâ *Th. 7. lit. a. f. & h.*

 viâ

Digitized by Google

viâ, *l. 64. inf. de furt.* tranſibit profectò tale, quale habuit defunctus teſtator; ſed hic verum & proprium dominium habuit. Quando autem dominium illud tranſlatum eſſe intelligatur, variant interpp: Mihi probatur Tr: ſtatim hoc à morte teſtatoris tranſire, *d. l. 64. inf. d. l. 10 §. fin.* adeò ut dominium rei legatæ nec unquam, imò nec momento penès heredem fuiſſe intelligatur. *l. 80. de leg. 2. l. 9. §. 5. in m. de pecul.* quibus nō obſtat, quod ab adita hereditate legatum acquiri dicitur *in l. 86. §. 2. de leg. 1. V. Bach. hic. p. 834. in m.* Ex hiſce jam inferri poſſet, fructus quoq; legatorum à tempore mortis defuncti, deberi. Nam ſi dominium verum ab eo tempore tranſit, ſicuti monſtratum, etiam fructus conſequenter tranſire dicendum videtur, *arg. l. 44. de rei vind.* Sed neſcius non ſum, *Fabrum 7. com. 3. & 4.* hanc conſeq: à dominio legati ad ejusdem fructus, multis improbare, videatur itaq; *Bach. hic. p. 843. lit. b.*

Diſp. 14. th. 2. lit. a. Accedo Tr: aſſerenti de Jcivili filios gravatos ſemper tantùm unam quartam detrahere; quam ſententiam præter neotericos exceperunt & evicerunt *Hunn: & Bach. hic* cujus illa ratio maximè placere poteſt, quod juxta contrariā ſententiam fideicommiſſarius ad ſummū, non niſi & vix dimidiam hereditatē, & aliquando ſi plures eſſent liberi, minus etiam conſequeretur; Scilicet ita filius quà filius jure novo trientem, & deinde quà extraneus quivis gravatus, ex eo quod ultrà legitimam ſupereſſet, tanquam ſolido conſiderato, quartam Trebellianicam deducere poſſet. Sed abſurdum eſt heredem cum æqualiter vel minꝰ conſequi; quem tamen teſtator magis dilexerit. *V. quæ dixi ad th. ſeq. 3. lit. b.* Cœterum duo

potiſſ.

potiſſ. objiciuntur. 1. eſt, quo maximè *Fachin. 5. contr. 2.* movetur, quod legitima non veniat in reſtitutionem. *N. 39. c. 1. pr.* unde fiet hæc propoſitio. Quod nō venit in reſtitutionē, hoc neq; quartæ imputari poteſt: ſed infirma eſt collectio. *arg. l. 18. pr. & §. 1. ad Sc. Treb.* vel quod legitima fideicommiſſo gravari non poſſit. *d. N.* unde fiet hæc propoſitio: quod nō poteſt fideicommiſſo gravari, de eo neq; quarta deduci poteſt. Sed detorta eſt conſeq: *V. Bach. hic. p. 855. pr.* qui tamen melius ipſo Fachin: argumentum hoc informat, & etiam refutat. 2. eſt; quod contraria ſententia ſit in Jcan: *c. rainutiꝰ. c. rainaldus. x. de teſtam:* fundata, & propter Jcanon: in foro frequentata; quoties verò dubium de Jciv: deciſum eſt Jcan: huic ſtamꝰ aut ſtare debemꝰ. Sed reſpondeo. 1. nec Jcan: detractionē duarum quartarū admittit *Ang. Math. 2. de via jur. 25. n. 30.* nos & ſi admittamus, dicimus tamen 2. Jus hoc errore & ex falſo juris intellectu proceſſiſſe cum *Cujac. 8. O. 3.* & 3. neq; hic quæri, quid uſu receptū, ſed quid verū quidq; recipiendum fuerit. Acceſſit *Bach. & Hunn.*

Ait Tr: In Falcidiam tantum ea imputari, quæ jure hereditario; in Trebellianicā verò, quæ quocunq; judicio teſtatoris, puta legati, fideicommiſſi, hereditariove jure capiuntur. *l. 91. ad l. falcid.* differentiā hanc plæriq; agnoſcunt interpp: ſed in ratione hujꝰ reddēda mirè variant. *V. Hillig. D. E. 8. c. 26. lit. H.* Bachovius tamen hic Cujacii ſententiam ſecutus, diſputat, ea tantum imputari in Trebell. quoq;, quæ jure hereditario accipiuntur, itaq; differentiam eam negat, quam & nos negare, atq; ita à reddenda differentiæ hujus ratione ſublevare poſſemus, niſi valdè obſtaret *d. l. 91.* cui longè difficilius, quàm aliis textibus à Bachov. *th. 3. lit. b.*

pro

pro ſe & Cujacio deductis ſatisfieri poterit, imò nunquam poterit. Manebit itaq; iſta differentia, ejusq; ratio hæc erit, quam deſumimus ex præſumto teſtatoris ergà heredem affectu: Nimirum quia teſtator plus creditur heredem dilexiſſe, quam legatarios, ideò Falcidia Lex voluit, ut præ cæteris ipſe heres legata, ſi quæ relicta ei ſunt, haberet acciperetq;, ac ubi gravatus foret, inſuper quartam Falcidiam deduceret, in quam nec quæ ita jure legati acceperit, imputaret. Sed videri poſſet, teſtatorem maximè dilexiſſe legatarios, utpote quos heredi prætulerit, iis bona ſua largiſſimè conferendo; reſpondeo: Teſtator legando ultrà dodrantem nõ præſumitur hac mente fuiſſe, ſed potius de facultatibus ſuis amplius ſperans, putaſſe legatis exſolutis quadrantem dilecto heredi ſuo ſuper futurum. Et ergò per errorem magis, quam majorem ergà illos amorem legatis oneravit heredem. Cœterum, quod creditur teſtator magis dilexiſſe fideicommiſſarium, quam heredem fiduciarium, propterea Sc: Trebell: ſtatuit, ut ſi tantum eſſet relictum huic, ut poſſit eo ad adeundam hereditatem induci, legatum quidem acciperet, ſed in quartam Trebell: id ei imputaretur. Et ergò ex veroſimili teſtatoris ergà ſuum pòſt ſucceſſorem affectione diverſitas iſta promanavit.

DISP. 10.

DISPUTATIO 10.

Reſpondente

Dn. ANTHONIO Wippermann / VVeſtph. LL. Studioſiſs.

Pono: Titius heres eſto: Mævio, ſi decem Titio dederit, fundum do, lego: rogo te Titi ut hereditatem meam Sempronio reſtituas. Quæro, an decem quæ à Mævio Titius accepit ei imputabuntur in Trebellianicam? ait *L. 91. verſ. ſed & quod impl. cond. cauſa &c. ad l. falc.* negat *l. 30. §. 7. ibi, tametſi a. legis falc. ratio &c. ff. eod.* quæ conciliatio? nihil expeditius eſſet quam cũ *A. Fabro 6. conj. 3.* dicere, non *in d. §. 7.* agi de Trebell: ſed Falcidiâ, ſi verbis quæ obſtare videmus, *ab eo cui hereditatem reſtituere rogatus eſt*, illis loco motis ſubſtituere alia liceret; vel cum *Cujac. 8. O. 4.* affirmare *verſic: d. l. 91.* abeſſe ab archetypo Florentino & Baſilicis, ſi non falſa ſententia, ea non imputari in Trebellianicam, quæ conditionis implendæ cauſa dantur, inde ſequeretur; ſed nec audacia tanta ferenda eſt. Reſpondeo ego; Decem quæ à Mævio accipit Titius, ei in Trebell: imputantur per *d. l. 91.* nec obſtat *d. §. 7.* quia loquitur de quartæ Falcidiæ computandi ratione, argum: eorum, quæ rectè *Faber. d. c. 3.* adduxit; nec iſtum ſenſum *verſic: ab eo cui hered. &c.* impedit, quia *Hereditatem* ibi ſynechdochicè pro hereditatis parte, accipio, quomodo in *§. 5. I. de hered. inſtit.* totum dicitur hereditas, quæ dividitur in 12. uncias ſive partes, unde *ff. tit. ſi pars hered. pet.* Itaq; verba, *cui hereditatem*, id eſt partem ejus reſtituere rogatus eſt, explico, ut fuerit fideicõmiſſum ſingulare,

th. 3. lit. c. In diſp. prec. 14.

Digitized by Google

arg d.§.7. ibi, ſi ea ſumma vendere eas res: Et ergò quemadm: ea legata, quæ conditionis implendæ cauſa relicta ſunt, non imputantur in Falcidiam *d. l.91. in pr.* neq; ita in eandem fideicommiſſa ſingularia. *d. l.30.§.7.* tùm, quod per omnia exæquata ſint legata & fideicommiſſa, ſcilicet ſingularia, monente *Zaſio ad l. 1. de leg. 1.* tum, quod Falcidia Lex in fideicom: ſingularibus locum etjam obtineat, *per l. 1. pr. ad SC. Trebell:* atq; hoc potius malo, quam dicere cum Hunnio, pugnam iſtam vix ulla ratione conciliari poſſe, quomodo ipſe ſui iterum oblitus contraria in jure ſtatuit.

th.5. lit.b. verſ. excipiuntur. & th. 10. lit. b. Quærunt Tr: Hunn: hic. Hœnon. *diſp. 11. th. 9. 18. 19.* an poſſit teſtator vetare heredem Falcidiâ, vel Trebell: uti? quo poſito & admiſſo, an etiam prohibitio iſta, ſi maximè liberi primi gradꝰ heredes ſint, obtineat, etiam quærunt? Non jam diſputabo de iſto præſuppoſito, ſed tantum oſtendam, quoad ſuos heredes ſtultum hoc eſſe dubium. Et conſtat primariò Falcidiam Legem & Trebell: SCtum, ad heredem pertinere extraneum, qui onerari legatis, & fideicom: gravari poterat: quoniam autem ſemper legitimam filii, & absq; omni onere habere debeant, neq; eam pater auferre poſſe, etiamſi Deo dare vellet, *V. Geil. 2. O. 119.* at reliquum iſtâ ſalvâ & integrâ, jaceat in voluntate parentum, *N. 18. pr.* non intelligo, quamobrē liberis heredibus pater Falcidiæ vel Trebell: detractionem prohibere poſſit; nam etſi non prohibeat, ſalva ſit autem legitima, & titulo inſtitutionis relicta, neq; ſic tamen Falcidiâ aut Trebell: filius heres utetur, ſiquidem, etſi vel oneratus, vel gravatus ſit, non poteſt tamen Civili jure duas quartas detrahere, quod & ipſe *Tr:* & *Hunn:* & *Hœnon:* affirmant, Et ergò

niſi

niſi illud in gratiam Dd: de veritate poſtremi hujus addubitantium, quæratur, *arg. Geilii. 2. O. 138. n. 16.* prorſus omni dubitādi ratione ſuperior quæſtio carebit: neque illa adhuc tamen eo ſenſu locum habere poterit, etenim ſi quoad liberos quoq; Falcidiæ vel Trebell: detractio prohiberi poſſet, id ex *N. 1. c. 2. §. 2.* concludi deberet, quomodo etiam faciunt *dd. Hunn. & Hænon*: Atqui iſta *N. 1. c. 2. §. 2.* arguit inſtitutum heredem, obſtāte & valente teſtatoris prohibitione, lucrum non in percipiendo, ſed ſolummodo piè agendo, habere. Diceтisne idem de filiis primi gradus heredib9? & ergò deciſio *d. N. 1. c. 2.* pertinet ad extraneos. Itaq; melius Jcan: ſic quæri poſſet, *c. rainutio. de teſtam.* de quo jam paulò antè dictum.

Satis certum eſt, inſtitutis non dari bonorum poſſeſſionem contrà tabb: ubi ſcilicet nullus ex liberis præteritus fuerit, quia fruſtrà impugnarent judicium patris, quos ipſe pater vocavit. *l. 3. §. 11. de bon. poſſ. cont. tab.* ſed quid ergò, ſi unus præteritus? tunc cœteri inſtituti, beneficio præteriti habent eam bpoſſeſſionē, ratio eſt, quia cum per eam bpoſſeſſ: teſtamentum tale everti poſſit, ſicq; fieri, ut qui inſtituti ſunt hereditatem tamen accipere nequeant, adeò intelligantur & ipſi quaſi præteriti. *Hunn: hic.* Unde jam quæritur: an hoc caſu, poſito quod filius præteritus bpoſſeſſionem contrà tabb: non petat, nihilominus tamen inſtituti petere hanc poſſint? Finge enim ipſos habere coheredes & ex minore parte eſſe inſtitutos, ſanè ipſis prodeſſet hic petere bpoſſ: contrà tabb: atquè per eam teſtamentum ſcriptum evertere. *Diſp. 15. th. 3. lit. a. verſ. multò minus.*

Tr: illud affirmat, pro cujus ſententia faciunt *l. 14. & 15. §. 1. de leg. praſt.* atq; hanc ſententiam ego quidem recipio, ſed ut tamen probabiliter cum *Bach. hic. p. 933. inf.* diſtingui poſſe exiſtimem, quem ibi vide, quoniam & obſtantem *l. 3. §. 11. de bon. poſſ. cont. tabb.* removet.

Diſp. 16. th. 1. lit. g. verſ. an nepos. Iuris eſt certiſſimi, nepotes poſt mortem avi & conceptos & editos, jura ſuorum heredum non conſequi. §. 8. *I. de ſucc. quæ ab int.* quæritur tamen, anne nihilominus hi nepotes ad avi hereditatem hodiè admittantur? Quod quidem *Tr: & Hunn: hic.* affirmant; quibus hunc ſyllogiſmũ oppono. Qui avum teſtatorem nullo jure attingunt, nullumq; jus ſucceſſionis habent, ii ad avi hereditatem admitti non poſſunt, non debent. Sed nepotes iſti, avum nullo jure attingunt, *d. §. 8.* nullumq; Jſucc: habent. *l. 1. §. 8. inf. unde cogn.* Ergò &c. nec quicquam Hunnio patrocinatur *N. 118. c. 1. verſ. licet;* qua ſola tamen permovetur in contrarium, neq; enim ibi Juſtin: hanc etiam differentiam, videlicet an nepos vivo avo, an poſt mortem ejus conceptus ſit, ſed tantum ſexus, gradus, & poteſtatis tollit. *d. c. 1. inf. verſ. nulla introd. differ.* Sed iſto conceſſo fortiter replicari poſſet; quod differentiâ gradus ſublatâ ſimul etiam differentia hæc tacitè ſublata videatur, cum fieri nullatenus poſſit, ut deſcendentes ii, qui ſunt infrà trinepotes vivo tritavo concepti ſint: Sed hic tamen per *d. N.* ſuccedunt; ergò quidam qui vivo teſtatore non fuêre concepti hodiè ſuccedunt. Quid tamen ad hoc reſponderi debeat, docebit ipſe conflictus. Placet interim *Bach. hic.*

th. 2. lit. a. Accedo Tr: exiſtimanti, liberos naturales adhuc per ſubſeq; matrim: legitimari, etſi pater ipſorum infirmus & mor-

& morti ferè propinquus illud contraxerit, quoniam textus ubiq; loquuntur generaliter, neq; inter ſanum & ægrotum contrahentem diſtinguunt, quod verò Leges non cantant, neq; cantare noſtrum eſt. Contra tamen exiſtimant alii, iſto tempore matrimoniũ non poſſe contrahi, multò minus liberos legitimari, quod ad legitimationem liberorum natorum, præter affectionem maritalem Juſtin: requirat in contrahentibus ſpem ſuſcipiendæ ſobolis, *l. 11. verſ. ſufficiat. C. de nat. liber.* atquin eam ſpem moriturus, & in extremis conſtitutus habere nequeat. E. neq; poſſit ad effectum legitimandi matrimonium contrahere, ſed regero; dici etiam hoc matrimonium contractum ſpe futuræ ſobolis, quia contrahatur ad ſuſcipiendam prolem legitimam, etſi enim naturaliter liberos non ſuſcipit, qui legitimat ex concubina natos, civiliter tamen ſuſcipit, naturales efficiendo legitimos. Et licet ſpes illa prolis ſuſcipiendæ, de naturali procreatione intelligi deberet, poteſt tamen ille qui in periculo mortis eſt, eam ſpem habere, equidem ſpes eſſe poteſt reconualeſcendi, & conſeq: etiam de ſuſcipiendis liberis. Quomodo ſubjectum hujus quæſtionis ponendum eſt, non homo agonizans, welchem die Seele auff der Zungen dantze, ſed valdè ægrotans, & ferè de ſanitate deſperans. *Bach. hic.* cujus tamen illa ratio nulla eſt, quod matrim: dicatur indiv: conjunctio, ea verò non ſit cum morituro; quoniam imò maximè ea eſt cũ brevi morituro, abſcedente metu malitioſæ deſertionis &c. quod ſi intelligat, contrahentes copulâ conjungi non poſſe, dico matrim: non contrahi corporibus tametſi de corporib. *l. 30. de R. I.* *th. 4. lit. b.*

Recedo à *Tr:* & *Hunn:* & contrà ipſos adfirmo, ſi ma-

 ter

ter cum patre ſimul in bonis adventitiis, quorum uſusfructus patri fuit adquiſitus, ſuccedat, illum patri adhuc in dimidia matris portione deberi, neq; ad matrem cū proprietate pertinere, tum quod Juſtin: apertè proteſtetur *in l. 6. pr. verſ. ſic etenim. C. de bon. quæ lib.* ſe iſto novo jure parenti uſumfructum poſſidenti, nihil derogare velle; ſed nos quam multum ei derogaremus, ſi uſumfructum ad vitam filii tantum ipſum poſſidere velimus; tum quod juris regularis ſit, uſumfructum morte *uſufructuarii*, non *proprietarii* finiri, §. *3. I de uſufr.* pater verò uſufructuarius, ſed filius proprietarius eſt, *d. l. 6. pr. & §. 3. in f. ibi, ut poſt obitum*: neque facit pro *Tr: & Hunn: N. 118. c. 2.* quoniam loquitur tantum de caſu, quando fratres defuncti cum parente ſimul ſuccedunt, ut cuique ex *d. c. 2.* verbis apparet *V. Bach. hic.* ut fruſtrà quoque ab *Hunnio hic.* urgeantur illa verba: *ex æquo dividatur ut medietatem*: Siquidem non negamus matrem & patrem ſuccedere debere filio defuncto æqualiter: ſed tamen in iis tantū quæ filius defunctus habuit. *per l. 59. 120. 160. in f. 175. in f. de R. I.* atquin ille nudam tantum habuit proprietatem, uti conſtat. Ergò illi mater in nuda tantum proprietate, & quidem æqualiter, ſuccedere poteſt & debet. *Receſſit Bach.*

th. 5. lit. b. Illud ſatis conſtat de Jvet: conſtituiſſe & voluiſſe Juſtin: ut filii fratris, & filii ſororis, patruo & reſpectivè avunculo ſuo, *ſi ſi Soli eſſent*, in capita ſuccederent. *L. 14. §. fin. in f. l. fin. §. 3. in f. C. de legit. hered.* Verum hoc gravis: diſputatur, an ſicuti per *N. 118.* ferè univerſum ſuccedendi ab inteſt: Jus, reformatum eſt, etiam hoc ſimul immutatum ſit? Quod quidem mihi, magis cum *Tr: & Hunn*: negandum videtur, ex hoc ſatis opti-

mo

mo fundamento: quod ubi non ſucceditur jure repræſentationis, ibi neq; ſuccedatur in ſtirpes. §. *6. I. de her. ab int.* atquin ubi ſoli fratrum & ſororum liberi concurrunt, ibi non ſucceditur Jrepræſentationis, ſed jure proximitatis, quia enim omnes pari gradu conſiſtunt, beneficio Jrepræſentationis non indigent, Ergò &c. atque hæc ſententia in praxi obſervatur, quam etiam *Car: 5. in Comit. Imp. aõ. 1529.* expreſsè confirmavit, ut fruſtrà ſint, qui de hac quæſtione ſubtiliter in contrarium diſputant, quos videbis apud *Forſter. 8. de ſucc. 3. in f.* quē tamen miror, quod poſt *de conſt. car. 5.* auſus fuerit ſcribere, contrariam ſententiam æquiorem magis eſſe; Bachovius quidem etiam *hic. p.1050.in pr.* eandem ſentententiam menti Juſtin: convenientiorem exiſtimavit, ſed æquiorem non dixit.

Hunnius hic à Tr: recedit, & denegat liberis ſuccedētibus ex 2do vel 3tio capite, collationis beneficium; ſed optimè Tr: ſequitur & defendit Bach. hic. quorum ſententia vel indè maximè confirmatur, quod etſi liberi hiſce caſibus nō ex primo capite, *unde liberi*, ſed ex 2do, *unde legitimi*, vel 3tio, *unde cognati*, veniant, attamen præferantur omnibus agnatis in ſpecie, *l. 2. pr. unde legit.* ut proindè non poſſint dici venire tanquam ſimpliciter agnati vel cognati. Unde facilè corruunt, quæ toties repetit *Hunnius*, quod nimirū liberi hic conſiderentur ut agnati, utantur jure cognatorum &c. quoniam id ſimpliciter falsū, & non niſi certo tantū reſpectu, verum eſt. Et ſatis oſtendit Bach. quod nō veniant hi liberi, ſicut alii agnati vel cognati, *arg. l. 4. §. 1. quis ord. in bpoſſ.* Sed & inſuper ſatisfecit *Hunnii* voto, petenti textu m aliquem *Diſp.17. th.2.lit.a.*

aliquem, qui evincat liberos, ex edicto, *unde agnati*, ſuccedentes nihilominus uti & venire Jliberorum: talem ſiquidem textum ipſe produxit, & eſt *l. 6. §. 2. de Carbon. ed.* Accedo itaq; *Tr: & Bach:*

Th. 5. lit. e, & g. Eleganter & perſpicuè, ſicuti omnia tractavit *Bach. hic.* ſcilicet an & quæ dos conferenda? & an etiam donatio ſimplex conferenda? quæ duo latè patentia juris noſtri capita ipſe diſtinctè in 4. propoſitiones & caſus concluſit. Nimirum an conferant vel dotem vel ſimplicem donationem *Sui ſuis*; an *ſui emancipatis*; an *emancipati emancipatis*; & deniq; an *Emancipati ſuis*. Mihi quoad haſce qq: illius reſponſiones perplacent. Lector his utere mecū. Sed per me licebit ut genio indulgeas tuo, & abundes. Equidem quoad collationem dotis faciendam, non ero tibi moleſtus, quoniam hodiè indiſtinctè liberos tantum profectitiam dotem conferre juris eſt indubitati, ut iccircò quid Jvet: quoad dotem reliquam ſtatuendum habendumq; ſit, non tantoperè ſollicitari debeamus; ſed quoad donationem conferendam neceſſariò cum Bach: & mecum exiſtimabis, neutro & nullo ſuprà propoſitorum caſuum donationem ſimplicem conferri, quod & idem rectè exiſtimavit *Hunn: hic.*

Th. 5. lit. h Defendam & oſtendam pro ſtudioſis quod impenſæ ſtudiorum, in collationem non veniant *l. 50. fam: ercis.* ubi nec emancipatus filius confert ea, quæ ſtudiorum gratia pater ipſi ſubminiſtravit, ut admirari liceat tergiverſationem *Hunnii hic quæſt. 31.* Planè ego cum *Bach: hic.* paratus ſum, contra plæroſq;, illud amplius in favorem ſtudioſorum obtinere, quod quoſcunq; ſumptus pater filio bona nulla habenti, ex officio præſtare tenetur, eos etiam utcunq; bona filii adminiſtret, ex eodem offi-

officio, adeoq; *in dubio* de ſuis bonis dediſſe præſumatur. *argum: l. ult. C. de dot. promiſſ. verſ. neq; enim &c.* & ergo, cum eodem, parentib. Jus imputandi bonis filii expenſas in ſtudia miſſas, dabo, ſi dixerint expreſsè, ſe eas ex bonis filii facere &c. de quibus aliisq; in diſcurſu. *conjunge Bach. & Hunn: hic.*

Nunciationis effectus hic eſt, ut adverſarius illud opꝰ quod eâ ſpretâ ædificare perrexerit, demoliri teneatur; *l. 20. §. 1. de nov. op. nunc.* qui effectus quamcunq; nunciationem ſequitur, etiam eam quæ per injuriam facta fuit *l. 1. pr. ff. eod.* ratio videri & dari poteſt ex *l. 13. quod met: cauſ.* nimirum nemo ſibi ipſi Jus dicere poteſt, ſed omnes cognitioni prætoriæ hoc permittere debemus. Quid ergo? ſi tamen omninò & notoriè conſtet injuſtam eſſe vindicationem, calumniariq; nunciantē, num quid tum impunè nunciatio ſperni poſſet? & Tr: quidem quem ſequitur *Bach. hic. p. 3. verſ. 10.* affirmant, hoc caſu non tenere nunciationem, eamq; citra ullam remiſſionem, impunè ſperni poſſe; ſed iis contradicit *Hun. hic. q. 2.* quem ego ſequor; ex præcipua ea ratione, quod eadem ratio quæ facit ut nunciatio injuſtè facta teneat, eadem faciat, ut quoq; nunciatio apertè injuſta liget.; ſc. nemo ſibi Jus dicere poteſt, ſed omnes cognitioni prætoriæ hoc permittere debemus *d. l. 13.* & ſubeſt etiam hoc caſu metus rixarum, digladiationum, & tumultuū, & ergo per *l. non eſt ſing. de reg. Jur.* quare debet nunciatus ab opere ceſſare, ſine tamen ullo ſuo incommodo, ut qui per omnia indemnis præſtetur, per actionem in factum, quæ ipſi contra nuncianteim, in omne id quod ſua intereſt competit. Atq; ſic Recedo *à Tr. & Bach.* *Diſp: 18. th. 1. lit. b.*

Digitized by Google

Th. 2. lit. a. verſ. idem. Regula eſt in *l. 3. §. fin. de nov. op. nunc.* quæ omnib. civibus in cauſa publica jus nunciandi concedit, à qua excipitur quidem pupillus in *l. 5. pr. ff. eod.* ſed quæritur numquid etiam excipiendus ſit minor. Tr. noſter quem ſequitur *Hun. hic.* minorem excipiendum eſſe negant, adeoq; minori Jus nunciandi publico nomine permittunt, cum enim unus ex plurib. nunciare prohibetur, cœteris id permiſſum videtur *l. 12. pr. de judic.* ſed ſolus pupillus in *d. l. 5.* prohibetur. & ergo adulto id permittitur. Sed oportunè nos admonuit *Bach. hic, p. 14. in m.* ex centonibus in pandectas relatis, & de pupillo loquentibus, minorem admiſſum eſſe, malè concludi: quem igitur magis eſt, ut ſequamur, hoc arg: convicti, Quæ perſona reddit actum nunciationis eluſorium, ei jus nunciandi permitti non debet, *arg. l. 51. pr. de procur.* atq; minoris perſona talis eſt. *l. 1. & t. t. de minor.* & ergo, vel non erit reſtituendus minor, caſu quo convenitur in factum actione ad intereſſe; vel Jus nunciandi ei concedendum non erit; ſed illud affirmari non poteſt, ſic enim ex illa nunciatione minor damno afficeretur; ergo Jus nunciandi ei negari debet. Atq; ita recedo à *Tr. & Hunn.*

Th. 6. lit. c. Vulgo Dd. tradunt, miſſum ex ſecundo decreto, tum demum dominum fieri, ſi ipſe reus fuerit dominus, alias uſu capiendi conditionem tantum eum accipere. *Don. 15. com. 46. Cont. 1. diſp. 8. Giſan. ad l. 10. n. 19. & ſeqq. ad acquir. poſſeſ. Godofr. ad pr. l. 5. de dam. inf:* quos ſequitur *Bach. hic. p. 50. pr.* Sed diverſum cum Cuj. exiſtimavit Tr. noſter. quos ſequitur *Hunn. hic.* nimirum prætorem nunquã facere dominum poſſe, quippe quod omnes dominia acquirendi modi ſeu tituli ſint vel Jgentium

tium, vel civilis, nulli plane prætorii &c. ſed quicquid ſit, ego & hic quemvis ſuo ſenſu abundare ſino. Mihi placeret quod dicit *SC. Gentil. 1. de Jdict. 24. ferè in fin.* ſc: quod prætor quidem immiſſum ex decreto ſecundo poſſeſſorem faciat. Sed qui poſſideat Jure dominii *l. 15. §. 33. de dam. inf.* ut exiſtimem prætorem dominum nõ facere, neq; hoc poſſe, aſt ſaltem ipſum poſſeſſorem facere jure dominii, hoc eſt, & qui effectu ſtatim dominus ſit, *caſu quo* prior poſſeſſor, qui non cavit, dominus fuerit, & qui animo domini rem etiam poſſideat, *caſu quo* prior poſſeſſor dominus non fuerit; & ergò neceſſum habeat ut hoc caſu dominium uſucapione demũ acquirat. *l. 5. pr. l. 15. §. 16. ff. eod.* interim non multum refragarer, ſi placeret cum *Bach.* huncce poſſeſſorem Jure dominii, appellitare *dominum prætorium* &c. atq; ita cum vulgo Dd. fermè ſtatuerem.

Quod donatio modus ſit acquirendi dominii Jcivilis, apparet ſatis ex §. *fin. I. de uſu & habita.* & de hoc non adeò laborandum, ſed hic erimus ſoliciti de tribus 1. quo reſpectu donatio inter modos acquirendi dominii, & 2. qua ex ratione inter modos civiles à *Juſtin:* relata ſit, & deniq; 3. an aliqua & quæ donatio ſit contractus? *Primum* vero quod attinet, videri poſſet donationem non eſſe modum, quo dominium acquiratur, ſed quo obligatio contrahatur, & ſicuti emptio, venditio permutatio, &c. non ſunt modi dominii acquirendi, ſed obligationis contrahendæ, ſic quoq; donatio, hæc ſiquidem etiã obligationem tantum producit: obligationum autem ſubſtantia non in eo conſiſtit, ut aliquod corpus noſtrum faciat, ſed ut alium nobis obſtringat *Diſp. 19. th. 1.*

 gat

gat *l. 3. de O. & A.* Verum (quicquid etiam diſtinguant *Cuj. 10. O. 28. in fin. Baldvvin. ad pr. I. de donat. n. 2. & 3. Gœdd. in l. 23. n. 6. de V. S. & Donell. 5. Com. 2.* qui omnes confundunt traditionem h. e. acquiſitionem cum cauſa acquirendi, videlicet donatione) placet *VVenſenb: I. de donat. n. 2.* exiſtimans non omnem donationem inter modos acquirendi dominii referri à *Juſtin:* ſed iſtam qua fit *mortis cauſa*, & quæ dicitur *propter nuptias*: ideo autem mortis cauſa donatio mod9 eſt acquirendi, quod hæc dominiũ rei donatæ ipſo Jure ſine traditione transferat ad donatarium; ratio rationis, quia ad exemplum legatorum capitur. *l. 2. de publ. in rem act. juncta l. 80. de leg. 2.* non itaq; obſtat ſuperior ratio dubitandi, vera enim illa eſt de ſimplici donatione quæ fit *inter vivos*, non vero de mortis cauſa donatione, quæ genus eſt acquiſitionis, aſt illa ſolum cauſa. *Alterum* quod attinet, videri poſſet donationem inter modos acquirendi JGentium referri debuiſſe, habet enim rationem naturalem, ut homo homini egenti ſubveniat, eumq; beneficio afficiat *l. 7. de ſerv. ex port.* Quamvis *Gœdd. d. loco* reſpondeat nullo modo ſequi, donatio habet rationem fundatam in Jure naturæ, E. eſt J. Gentium : licet enim donatio in natura fundata ſit, quatenus ſcilicet eſt liberalitas, cum formæ tamen perfectionem habeat à Jcivili, quæ conſiſtit in inſinuatione, magis hujus juris vocabitur: attamen benè ei reſponſum fuit ab *Hillig. D. E. 5. cap. 2. lit. b.* Inſinuationem non eſſe donationis formam, ſed potius coarctationem & frenum, quaſi profuſioni injectum. Verum ego non abſurdè, ſecundum præcedentia dici poſſe crediderim, donationem ſimplicem *inter vivos* eſſe JGentium, donationes vero quæ ſunt modi ac-

qui-

quirendi dominii, veluti donationem *mortis cauſa* & *propter nuptias*, eſſe Jcivilis, *arg.* §. *3. I. de donat.* ubi *Juſtin:* teſtatur hoc donationis genus veteribꝰ prudentibus penitus incognitũ fuiſſe, eos autẽ modũ acquirendi Jgentium ignoraſſe probabile nõ eſt. *V. Bach. hic. p. 74. in fin.*

Deniq; 3. quod attinet, ſatis ex jam dictis eluceſcit de donationibꝰ quæ ſunt modi acquirendi, hoc dubitari & quæri non poſſe, diſtinctiſſimi ſiquidem ſunt termini, *acquiſitio* & *conventio*: ſed dubitatur & quæritur tantum de donatione quæ dicitur ſimplex & fit *inter vivos*, etenim de ſola hac affirmari debet eam eſſe modum obligationis acquirendæ: numne igitur contractus erit? & reſpondeo diſtinguendo: ſi donationem conſideramus *in ſe & ex ſua natura*, contractus non eſt, tum quod in ſeſe nullum habeat negotium, ſed negotio opponatur *d. l. 14. de precario.* tum quod ex ſeſe nullam pariat actionem, ſed vi legis à qua confirmata eſt *l. 35. C. de Donat:* Verum *per accidens* poteſt eſſe contractus, ut puta reſpectu ſtipulationis, quæ ſæpius adhibetur, uti in *l. 22. inf. de donat. ubi V. Giſan. n. 4.* quare in ſumma id notabis, ubicunq; donationis verbum pro contractu in Jure poſitum reperitur, *veluti in l. 17. pr. C. de fid. inſtr. l. 8. pr. C. de præſc. 30. vel 40. ann. l. 14. pr. C. de SS. eccleſ.* ibi verbum contractus aut impropriè accipi pro quacunq; obligatione, aut attribui donationi quatenus per ſtipulationem facta fuit &c. atq; ſic à *Tr. Hunn. Bach.* ex parte recedo.

Accedo *Tr:* affirmanti, donationem omnium bonorum tam præſentium quam futurorum valere *arg. l. 35.* §. *4. ibi univerſæ ſubſtantiæ faciat donat.* & §. *5. ibi vel totam ſubſtant. tradere: C. de donat.* quæ verba rectè etiam de *Th. 5. lit. d*

futuris bonis intelligi poſſunt *arg. l. 3. C. d. tit. (in quã ſpem futuræ actionis poſſe donari transferriq́; non immeritò placuiſſe dicitur)* ita tamen dummodo quis expreſſe & *futura* & *præſentia* donaverit omnia, cæteroquin eò quod donatio ſit ſtricti Juris, tantum *præſentia* donata intelligi debent, caſu quo donata ſint omnia bona. *V. eleg. Bach. hic. lit. d. pr.* qui more ſuo diſtinctè ſatis hanc quæſtionem pertractat optimeq́; Dd. diſſentientium argumentum, quod per talem donationem teſtandi facultas adimatur, refellit: & certè ſi ingreſſi monaſteria ipſo ingreſſu ſe ſuaq́; ſic donare Deo poſſunt, ut de his teſtari nequeant. *Auth. ingreſſi. C. de SS. eccl.* quid impedit quo minus alii ſic quoq; donare poſſint? & quod vulgò objicitur, donationem eſſe doni dationem, adeoq́; ex præſenti vires accipere debere, hoc veriſſimum eſt de donatione quæ fit per traditionem, non etiam ea quæ per ſtipulationem nudamve voluntatis teſtificationem. *V. Schiferd: lib. 1. tract. 13. q. 4.* ſed plus ſatis, cum hodiè radix malorum avaritia, ita hominum mentes occuparit ut liberalitatem prope exſtinxerit. Acceſſit *Bach & Hunn.*

Th. 7. lit. e Accedo *Tr: & Hunn:* exiſtimantibus diſpoſitionem *legis 8. C. de revoc. donat:* licet patroni & liberti tantum faciat mentionem, tamen in quocunq; donatore locum habere, quod ex conjectura pietatis & amoris paterni, veriſimiliter non donaſſet, ſi naſcituros liberos cogitaſſet, & ergò quævis donatio habeat tacitam eam conditionem, *ſi non ſuſceperit liberos*, vel *ut revocetur, ſi ſuſceperit*: & volui hanc ſententiam tantò magis amplecti, quod omnes qui hinc diſſentiunt,

unt, tamen noſtram opinionem tanquam communem judicando & conſulendo ſervari velint. *V. Tiraq. in d. l. 8. Verſ. libertis. n. 40. & 47.* neq; inepti illi mihi eſſe videntur qui dicunt longe æquiorem, & faciliorem eſſe rationem ab extraneo donatario revocare donationem propter liberos ſuſceptos, quam à liberto: etenim patronum à liberto propter conjunctionem & vinculum illud, quod eſt inter utrumq;, bona donata revocare poſſe magis dubium & fere negandum videri poterat, ut ideò *d. l. 8.* tanquam de caſu magis dubitabili in perſonam ſolius liberti potius concepta fuerit &c. Receſſit *Bach. hic. p. 123. in f.* cujus quidem argumenta *4.* & *6.* facile aliquem permovere poſſent, hæc tamen removebimus in diſcurſu. Sane qui hodié omnes extranei, non patroni ſumus, etiam ad unum omnes Jus idem nobis cum patronis adſerere debuiſſemus.

Recedo à *Tr. & Hunn.* arbitrantibus patrem diſpoſitioni & beneficio *d. l. 8.* renunciare non poſſe, in quo illi egregiè falluntur, nam cum in *q. præced.* ideò diſpoſitionem *d. l. 8.* in quocunq; donatore locum habere exiſtimaverint, quod donator de liberis ſibi naſcituris tempore donationis non cogitaſſe præſumatur; conſequenter etiam exiſtimare debuiſſent patrem *d. l. 8.* beneficio renunciare poſſe, quod neceſſum ſit eum cogitaſſe de liberis, qui expreſsè in caſum naſciturorum renunciavit. *V. Bach. hic. p. 127.* Sanè in re aperta conjecturis voluntatis, quibus ſecundum *Tr. & Hunn. d. l. 8.* diſpoſitio innititur locus non eſt: ac licet etiam *d. l. 8.* ratio in favore filiorum poni poſſet, quo argumento utitur potiſs: *Hunnius*; recte *Th. 7. lit. e*

tamen

tamen *Tiraq. in præfat. ad. d. l. 8. n. 92.* & *ex eo Bach. d. p. 127. in pr.* minimè id hic poſſe attendi monſtravit: cum n. haud dubiè pater poſſit donare in præjudicium jam natorum, modò non inofficiosè, quid ni nocere poſſit naſciturìs, ut rectè idem *Tiraq. d. loco n. 96.* ipſos diſſentientes *puta Tr. & Hunn.* cum ubiq; hanc ſe donationem ex veroſimili mente donantis valere velint, in hoc quaſi extra mentem poſitos ſcripſerit, quod hic mentem donantis nihili faciant, unde quoq; miror, quid moverit *Minſ. 5. O. 63. n. 14.* quod putarit hanc quæſtionem, num pater poſſit *d. l. 8.* renunciare? Cæſarea deciſione indigere, cũ cauſa revocationis dependeat à mente & voluntate ſolius patris. Receſſit *Bach.*

Diſp. 20. th. 2. lit. d. verſ. mobiles.

Quodcunq; ex hoſtibus capimus, id ſtatim ſingulorũ occupantium fieri, juris regula eſt. §. *17. de rer. diviſ.* Ex hoſtibus, intellige nondum devictis & dum hoſtes ſunt, nam quod poſtmodum capimus id non amplius ex hoſtibus, ut quod jam deſiit eſſe iſtorum, ſed capimus ex repub: cujus juri & poteſtati tota devictorum ſubſtantia ſubjicitur. Doctores quam plurimi, cum quibus etiam tranſire videtur *Hunnius*, à ſuperiori regula *res immobiles* excipiunt, q. capientium non fiant; prorſus ineptè, cum hæc regulæ non congruat exceptio, etenim hoſtium agros nemo alius quam belli dux & per eum respubl: capere poteſt, aut enim capienda res, eſt per privatum ab hoſtibus, vel nondum devictis, & ſic illam adhuc tenentibus, vel finibus ſuis depulſis, atq; ita ab ipſa re expulſis: Illo caſu hoſtilem agrum nemo verè capere poteſt. *l. 31. de V. S.* neq; ut ſuum faciat, poſſidere, utpote qui adhuc ab hoſtibus retinetur, *l. 1. §. 1. de acquir. poſſ.*

ſed

ſed nec hoc, hoſtibus enim devictis & expulſis omnia veniunt in poteſtatem victoris, cui milites operam navant, ideoq; non amplius eſt hoſtilis, ſed jam reipubl: ager effect9; proinde cum privatus agrum hoſtilem nunquam ab hoſtibus ut hoſtibus, ſed ſemper ex republ: cepiſſe dicatur, immobilia ab hoſtibus capta, capientium non fieri, ridicule excipitur. *Eleg. Donel. 4. com. 21.*

Quæritur; theſaurus in religioſo loco invent9 cui acquiritur? *Hadrianus* totum conceſſit inventori. §. *39. I. de rer. diviſ.* D. vero Fratres dimidium fiſco dederunt. *l. 3.* §. *10. de Jfiſci.* jam hic turba opinionum naſcitur. *Baro in d.* §. *39.* ſi mendis, inquit, is locus careat, antinomiam eſſe nulla ſubtilitate conciliandam, quam & ſtatuit *Ant. Aug. 1. emend. 3.* ego tamen iſtorum judiciis nō terreor. Diſtinguo inter locum religioſum, & *d. 39.* accipio de loco religioſo ſuo & proprio, nimirum quem quiſq; ſua voluntate religioſum fecit, §. *9. I. eod.* ut ſunt ſepulchra familiaria & hereditaria, quæ aliquo ſaltē jure ſunt privatorum per *l. 4. 8. 13. C. & l. 5. & ſeq. ff. de relig.* aſt *d.* §. *10.* de locis religioſis, quæ nullo jure ſunt cujusq; privati, ac ideò publicis; qualia fuerunt V. G. quæ inopum deſtinata funeribus, & talia adhuc ſunt Coloniæ, inq; aliis populoſis rebuspubl: diſtinctionem iſtam confirmat *Robert. 1. rec. lect. 5.* ex conjunctione rerum privatarum *in d.* §. *39.* & publicarum *in d.* §. *10.* neq; injuriâ plus inventori tribuitur in ſepulchris familiaribus, quod ejus majores, qui anteà loci domini fuerunt religioſumq; iſtum effecerunt, illic pecunias recondidiſſe credibile ſit, *eleg. N. Leon. 51.* *Th. 2. lit. g. verſ. ſi in ſacro:*

Accedo quidem Tr: & Hunn: & oſtendam pro viris Principibus, eos venationem privatis potuiſſe juſtè adi- *Th. 3. lit. A*

 mere,

mere,non tamen ex rationibus iſtis, quas ipſi deducunt, quarum nulla, ſi examinentur, perſtare poterit, V. G. præcipua ab illis adducta, ratio eſſe poteſt præſcriptio, quæ eſt immemorialis, ſed hæc ſubſiſtere nō poteſt, *arg. l. 45. de uſucap.* ubi præſcriptio longæ poſſeſſionis ad ea obtinenda quæ ſunt Jgentium, concedi non ſolet: venationem autem ex Jgentium deſcendere concedunt ipſi omnes. Et ergò dicam pro principibus, tametſi non habuerit locum præſcriptio ſuffeciſſe occupationē per *l. 7. de div. & temp. præſcr.* Itaq; quamdiu venaturi ſunt Principes, atq; venandi Jus occupaturi, privatos eodem uti volentes prohibere poſſunt. *d. l. 45. ibi Gotofr. in not.*

Diſp. 21. th. 4. lit. f. verſ. ſic creditorē;

In quæſtione, an creditor rem pignoratam poſſideat, ita diſputat *Hunnius hic. qq. 29. & 30.* ut eum quidē naturaliter poſſidere affirmet, ſed neget Civiliter. Contrà quam negativam videri & deduci poſſunt, ea quæ diſputat latè *Frid. Mindan. de mat. poſſ. c. 3. & 4.* Et poſſet Hunnio hæc ſatis ſolida opponi ratio, quod eum cui actio in rem, cui interdicta & remedia poſſeſſoria competunt, verè poſſidere neceſsè ſit; atquin hæc creditori competunt. *vide unicā l. 66. pr. de evict.* & omninò apud me vera etiam eſt hæc propoſitio, quod quicunq; actionem in rem habet, etiam civiliter poſſideat *V. Bach. hic. p. 320. in m.* unde inſuper quoq; hoc verum, quod ſicut omnis obligatio Civilis rectè vocatur quæ actionem producit, ita nec abſurdè dicatur civilis poſſeſſio, quæ interdictis poſſeſſoriis defenditur & recuperatur. *V. Bach. hic. p. 263. pr.* Et ergò hoc contrà omnium ferè Dd: ſententiam ſequitur veriſſimum eſſe, quod tamen omnium παραδοξώτατον videri poſſet, creditorem Civiliter poſſidere, quod & *Bach. hic.* ſtatuere voluiſſe crediderim, *arg. eorū quæ di-*

xit

xit p. 262. in f. unde explicandum eſt, quod ait *hic. p. 315. in f.* debitorem quidem Civiliter, creditorem autem naturaliter poſſidere.

Dicit *Duaren. ad l. 3. §. 5. de acquir: poſſ:* quod hæc omniũ quæ in tractatu de poſſeſſ. occurrunt, difficillima ſit quæſtio, an plures eandem rem in ſolidum poſſidere poſſint? difficillima inquã propter ſectas diverſas, ſiquidem Proculianos negativã quæſtionis tenuiſſe cõſtat per *d. l. 3. §. 5.* Sabinianos ejus affirmativã, uti conſtat per *l. 3. pr. uti poßid.* haſce duas ſententias ut Magiſtri noſtri Proculianiſtæ conciliarent, poſteriorẽ rejecerũt ſimpliciter, *V. Gothofr. ad d. l. 3. pr.* Sed qualis iſthæc conciliatio? Sanè eodem jure liceret Dd: Sabinianiſtis priorem rejicere. Quocircà ſic puto eas conciliandas eſſe; *Proculianorũ* ſententia vera eſt, ſi quæratur de una eademq́; & eodem reſpectu adcepta poſſeſſione, quam rectè negabant apud duos in ſolidum eſſe; at vera eſt *Sabinianorũ*, ſi accipiatur hoc de diverſis reſpectibus, quomodo rectè Sabinus, non poſſe quidem concurrere in duob9 poſſeſſionẽ ejdẽ ſpeciei, ſed diverſæ ſpeciei poſſe exiſtimavit. *Bach. hic.* ut hinc fatendum ſit, Proculianos ipſum τὸ χεινόμενον Sabinianis intervertiſſe, nec enim his rem eandẽ poſſe poſſideri à plurib9 reſpectu ejusdem partis, ſpeciei & loci, affirmare unquam in mentem venit; ut mirum ſit noſtros Dd: hancce quaſi *Proculianorum & Sabinianorum* controverſiam in Scholis fovere, quæ tamen nusquam fuerit. *V. Frid. Mind. de mat. poſſeſſ. c. 10. n. 5. 13. & 14.* Et ergò cum *Bach. & Hunn.* à *Tr:* recedo. *Th. 4. lit. k*

Tr: quem ſequuntur *Bach: & Hunn:* hic. ſtatuit præſcriptionem & uſucapionem hodiè nihil differre. per *l. un. C. de uſucap. transf.*, ſecundum quam quæ olim *Diſp. 22. th. 1. lit. b. inf.*

Digitized by Google

præſcriptio, hodiè uſucapio eſt, ſicut ex adverſo quædã olim propria præſcriptioni, Juſtin: ad uſucapionẽ tranſtulit. Eſt tamen quidam, qui inter eas multum diſcriminis adhuc eſſe, inde oſtendere voluit; quod quidem uſucapio pariat dominium. *l. 20. C. de pact.* adeoq; completâ jam uſucapione directa vindicatione agere liceat. *l. 23. pr. de rei vind.* attamẽ ex præſcriptione nulla ne quidẽ hodiè naſcatur actio, ſed ut olim duntaxat exceptio: & hanc quoq; differentiam olim fuiſſe concedit *Hunn. q. 3. verſ. tertia differ:* Verum erroneè, ſiquidem & olim non tantum exceptionem habuit, qui longo tempore poſſedit, ſed propter jus quæſitum dominio proximum, ut *Tr. hic. ait n. 3.* etiam utilem actionem contrà quemcunq; poſſeſſorem; quia aliàs illud jus nimis fuiſſet fragile, ſi poſſeſſione amiſſa, omnis illius juris effectus expiraſſet. *V. Bach. hic. lit. h. pr.* & ergò, ſi etiam antequam uſucapio transformata eſſet, ex præſcriptione data fuit actio utilis *arg. l. 8. pr. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* conſequitur eam differentiam olim & hodiè falſam eſſe. Idem tamen ille veterem differentiam, quod nec hodiè uſucapio interrumpatur litis conteſtatione, manſiſſe putat; ſed ſi verum eſt, quod inquit *Bach. hic. p. 348.* hanc differentiam magis in ſubtilitate quadam, quam in effectu poſitam fuiſſe; vel ita vix aliqua ex Jantiquo futura erit differentia in hoc caſu inter præſcript: & uſucap: vel tantò faciliꝰ admittetur, eã poſt *d. l. un.* ſublatã eſſe, &c.

Th. 3. lit. a. verſ. partus. Quæſtionem hanc; an partus ancillæ furtivæ uſucapi poſſit? explicatè pertractat *Bach. hic*, & ſequitur ipſe ſententiam Ulpiani, partum hunc uſucapi non poſſe, niſi & conceptus & editus fuerit apud bpoſſ. *l. 48. §. 5. de furt.* quæ etiam *Hunn. hic q. 10.* verior eſſe videtur. atq; etiam

etiam mihi probatur, per rationẽ hanc, quod partus hic tempore furti commiſſi aut contrectationis durantis, nullo modo exſtitiſſe dici queat. *l. 3. C. de uſucap. pro empt.* rectè verò monet *Bach. hic. p. 355.* hanc ſententiã limitandã eſſe, quod ea tum demum procedat, ubi partus & conceptus & editus ſit, antequam bfpoſſeſſor vitium furti cognoverit. *l. pen. pro ſuo.* atq; hoc peculiare eſſe in hac uſucapione oſtendit *Gœdd. ad l. 26. n. 8. de V. S.* & ergo neceſſario ex perſpicuo textu *d. l. pen.* limitatio etiam addenda erit ad *l. 4. §. 18. de uſucap.* vel cum *Gœdd. d. §. 18.* explicandus de completa uſucap: ſi poſt mala fides accedat; quod vero attinet *l. 10. §. fin. de uſucap.* vel ea explicanda & interpretanda cum *Bach. hic. quem vide p. 353. inf. p. ſeq. pr.* vel cum *Gœdd. d. lo. n. 6.* ſupplenda & accipienda de partu concepto apud bpoſſ. & dicendũ Scoevolã tantum refutare rationẽ decidendi Marcelli, *quod partus ſit pars*, nõ verò ipſam deciſionẽ.

Cœterum; an idem ſit juris in fœtu pecudum furtivarum, inquirunt *Bach. hic. p. 356. & Hunn. q. 12.* ego & hic cum *Bach.* ſententiam Ulpiani ſequar, ſcilicet idem & in pecudibꝰ ſervandum eſſe, & in fœtu earum, quod in partu. *d. l. 48. §. 5.* & ergò ſicut partũ ancillæ furtivæ non uſucapit bfpoſſeſſor, niſi apud eum cõceptus & editus ſit, ita pecudum furtivarum fœtum non acquiret, niſi itidẽ apud ipſum cõceptus & editꝰ ſit, *d. §. 5.* Hinc errat *Hunn. d. quæſt. 12.* dicens, fœtũ bfpoſſeſſori acquiri, apud quẽcunq; tandẽ, & ſic etiam apud furem, conceptus fuerit. Sed inquit ipſe, diverſitas eſſe debet in partu, & fœtu, quia partus nõ eſt in fructu, fœtus tamen in fructu eſt. *d. l. 48. §. 6. de furt.* Reſpondeo ego: exinde hanc eſſe diverſitatem, quod partus, cum in fructu non ſit, ideo uſu-

capi debeat; fœtus autem cum fructꝰ ſit, ideò ſtatim acquiratur. Unde tamen ſuperius illud manet, ſicuti partũ tantum apud bſpoſſeſſorem conceptum ipſe uſucapere poteſt, ita etiam fœtum tantum, apud ſe conceptum acquirere poſſit. Quo caſu quidem fœtum talẽ ſtatim acquirit, ſed vel percipiendo vel conſumendo. *hoc modo* acquirit irrevocabiliter, ut nõ ſit opꝰ uſucapi. *l. 4. §. 19. de uſucap. illo verò* revocabiliter, adeoq; adhuc ad plenũ Jus, ut uſucapiat vel conſumat, neceſſum eſt &c. & adeò falſum eſt, quod *Hunn. d. q. 12.* aliquoties repetit, fœtũ, quia ſtatim acquiratur, uſucapi non debere, neq; poſſe, quod enim ſemel meum ſit ampliùs meum fieri nõ poſſit, &c. quoniam iſta omnia largior, ubi ſtatim perfectè, pleno jure, & irrevocabiliter quid meũ factũ eſt: qualiter percipiẽdo fructꝰ nullos acquirimꝰ, ut defenſum ſupra.

Sed quoniam dictum eſt; partum ancillæ in fructu nõ eſſe, de hac quæſtione, de qua olim multum diſceptatum fuit inter primates civitatis, ſicuti conſtat *ex l. 68. pr. de uſufr:* quid ſentiam ſubjiciam: probo *Marci bruti* ſententiam, exiſtimantis partum ancillæ in fructu non eſſe, ſed ad dominum proprietatis pertinere, ideoq; etiam fructuarium in eo nihil juris habere *d. l. 68.* Bruti ratio illa fuit, quia abſurdum videretur, hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura hominis gratia cõparaverit. *§. in pecudum. 39. J. de R. D.* Cur abſurdũ hoc ſit, oſtendere nititur *Don. 4. Com. 25.* quem tamen probare non poſſum: mihi videtur *Brutum* hac ſua ratione innuere voluiſſe, quod ſi concederetur, partum ancillæ eſſe in fructu, neceſſariò tum ſequatur, aut partum ancillæ eſſe in fructu ſui ipſius, aut non eſſe hominem; etenim ſi omnes fructus à natura in gratiam hominum cõ-

parati

parati ſunt, ſequitur etiam ancillæ partum, ſi modò fructus eſſe dicatur, in omnium hominum, & ſic etiã in ſui ipſius gratiam, comparatum eſſe; & ulterius, ſi alia res eſt, quæ in alicujus gratiam comparatur, alia vero res, in cujꝰ gratiam illa comparata eſt, ſequitur, cum in gratiam hominis fructus creati ſint, partum ancillæ, ſi modo fructus eſſet, hominem non eſſe &c. Sed hoc cum non niſi abſurdò ſtatuatur, proindè *Bruti* ſententia amplectenda fuerat *d. l. 68. V. Hortens. in d.* §. *39. de R. D.* ubi benè dicit, poſtquam æqualitas iſta, quæ eſt Jnaturali inter omnes homines, corrupta fuit, & Servi, duriori conditione quam cæteri homines, introducti ſunt, nõ abſurdum eſſe, ſi dicamus, partum ancillæ Jgentium & Civili in fructu eſſe poſſe *arg. d. l. 68. l. 24.* §. *1. ad l. Falcid.* §. *2. I. de uſufr. &c.*

In quæſtione, an titulus *pro Herede* ad uſucapionẽ habilis ſit, rectè admonuit *Bach. hic.* nõ ſatis conveniſſe inter Jctos, *arg. l. pen. pro hered. juncta l. ult. C. de uſucap. pro hered.* & negantium ſententiam videtur confirmare expreſſus textus *in l. 4. C. de praſc. long. temp.* ad quam ſanè quod reſpondeat non habet ipſe *Bach:* Verum qualis qualis explicatio etiã ad hanc *l. 4.* admittenda erit, alioquin ad huc inepti & falſi fierent *tituli. C. & D. pro herede*; Et igitur ſicuti *d. l. ult. C. de uſucap. pro hered.* accipienda eſt de eo, qui ſe falſo obtendit heredem cum non eſſet, *Bach. p. 398. in f.* ita quoq; *d. l. 4.* de eodem accipienda erit, vel ſi eam de eo qui juſto etiam errore ſe heredem eſſe putavit, accipere velis, dici poteſt, titulum *pro herede* heredi tali ad uſucapionem quidem contrà dominum ſingularem tertium, *d. l. pen.* non etiam contrà verùm poſtea ſupervenientem here- *Th. 5. lit. b*

Digitized by Google

heredē, *d. l. 4.* prodeſſe poſſe: Confer *Bach. hic. p. 650. in m.* de quo tamen inter diſputandū. Cœterum poſito hoc titulo ad uſucapiendū habili, ego quâ ex ratione *Hūn. hic. q. 36.* cū graviſſimis, ut loquitur, JCtis, ſuos hoc modo uſucapere poſſe neget, nō video. Mihi profectò juridica videtur hæc ſequela. Sui heredes etiam & maximè heredes ſunt, & ergò pro Heredibus etiam uſucapere poterunt; ſiquidem his denegare, quod extraneis concedimus, abſurdum videri debet, & eſt.

Tb. 7. lit. a. verſ. omni itaq; Inquit *Tr:* noſter, jus uſucapionū omni æquitati conſentaneū eſſe; inquit *Hunnius hic. q. 47.* jus uſucapionum æquitati naturali *planè* cōtrarium eſſe, quin ab æquitate naturali *penitus* abhorrere; inquit verò *Bach. hic:* Jus uſucapionū abſolutè conſideratum videri habere aliquid iniquitatis, ſed propter publici boni adjunctionē minus ab æquitate abire &c. Quod poſterius Bachovii perplacet, & ego cum ipſo diſtinguā, inter aliquid ſimpliciter conſideratū, & cum aliqua circumſtantia; Secluſa igitur circumſtantia boni publici, uſucapionis Jus defendi non poterit; Iſta verò circumſtantia facit, ut quod ex ſe Jnaturæ cōtrariū videtur, nō amplius tale intelligatur: Hinc *Hunniū* parcius & modeſtius de uſucapionum jure. loqui addecebat, nā cum ipſe dixiſſet, uſucapionē Jcivilis eſſe; dicendū non erat, eam à naturali ratione penitus abhorrere, contrà *l. 6. de I. & I. ibi, neq; in totū à naturali recedit, nec per omnia ei ſervit.* Et ideò etiā *Hūnius* Tr: noſtro fecit injuriam, quod verba: *per omnia:* quæ apud *Tr:* non exſtant, ſententiæ ejus addiderit, *ſtatim in pr. d. q. 47.* Cœterū cum & *Hunn. q. ſeq. 48.* indiſtinctè affirmet, per uſucapionem diſſolvi obligationē, adeoq; etiā naturalē, ſequitur quo ſammodo uſucapionē quoq; ex ratione naturali eſſe. *arg. c. omnis res. de R. I. in 6.*

DISPUTATIO ult:

Reſpondente

DN: HENRICO Saurman VVeſtph. LL. ſtudioſiſs:

Accedo Tr: & cum ipſo exiſtimo, pœnis conventionalib9 nullum certum terminum, quem conventione excedere non liceat, in jure præfixum eſſe, *arg. l.38. §.17. de V. O.* cujus textus fiducia magis eſt, ut etiam dicamus, tantũ pœnæ nomine deberi, exigiq; poſſe quantum in ſtipulationem deductum eſt, quoniam ex ratione juris, quod permiſit tanti ſtipulari pænam, etiã quantitatem eam ſemper exigi poſſe ſequitur; quamq; adeò judex, & non minorem ſummam, ad judicare poſſit & debeat, tum quia legum definitiones ſint cum effectu accipiendæ; tum etiam, quia Judicum ſententiæ ſint cum libello concordandæ *Confer. Bacb. hic. p.464. & p.473.* Non obſtat, quod in *l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* generaliter traditum & conſtitutum ſit, ne intereſſe excedat duplum. Atquin pœna conventionalis eſt intereſſe, ſc: ut Dd: loquuntur, conventũ, ſiquidem hæc pæna cauſa ejus quod intereſt, promittitur. Ergo &c. Quoniam reſpondeo 1. intereſſe hanc ſpeciem me non agnoſcere ſupra *in c. 2. ad hanc diſp.* 2. Jura pœnam conventionalem, ipſi intereſſe opponere *d. l.38. §.17.* 3. admiſſo tamen intereſſe convento, verior eſt eorum ſententia, qui negant *d. l. un. conſtitutionem* ad illud pertinere, *V. Bach. p.463. in f. p.473. pr.* Cœterum quid Hunn. in hac quæſt; quæ apud ipſum eſt, *quæſt. 28.* ſtatuat, ipſe nõ ſubjecit.

Diſp. 23. th. 4. lit. b. verſ. adeoq;:

Nn Tr:

Th. ead. 4. lit. b. verſ. tandem notãdum &c.

Tr: hic, remedium pro intereſſe conſequendo, ſolum judicis officium agnoſcit; ſed ab ipſo receſſerunt *Bach. & Hunn. hic*; ille quidem hoc ſatis, ſicuti omnia, accuratè & explicatè diſputat. Namq; eſt profectò quæſtio hæc diligenti conſideratione digna; nam ſi verum eſt, quod ſentit Tr: intereſſe non niſi officio judicis, conſequi actores poſſe, omnino id maturè iis implorandum erit; ſic enim amplius ſuper intereſſe nullum remedium ſupereſſet, poſtquam de principali cauſa, jam ſententia fuerit lata: interim tamen profiteor mihi totam rem ſic dirigendam videri, ut referat, utrum ipſum intereſſe *principaliter* in obligationem veniat, an demum *acceſſoriè*: Atq; hinc affirmaverim, quod intereſſe, quatenus pro acceſſione eſt, non niſi officio judicis mercenario peti poſſit. *arg. l. 2. §. f. l. 8. de eo quod certo loco.* Cœterum quatenus principaliter intereſſe in actionem deducitur, veluti fit in iſta quæ ſuper facto concepta eſt, *l. 68. de V. O.* tum illud actione ex ſtipulatu incerti petendum erit. Sed de hiſce plura docebit diſcurſus. Parum vero obſtat, quod *Bach. hic, p. 477. n. 3. & 4.* adducit; neq; enim aliud in allegatis ab ipſo legibus, dicitur, quam quod ad intereſſe agi poſſit, quo autem remedio ad conſequendum illud utendum ſit, nõ exprimitur, &c.

Diſp. 24. th. 7. lit. b.

Accedo Tr: ſententiæ, quæ eſt, Mulierem præferri omnibꝰ mariti creditoribus, etiamſi priorem expreſſam hypothecam habeant; nam hæc ſententia ex ipſis *Juſtin:* verbis in *l. aſſiduis. C. qui potior.* evidenter ſatis confirmatur, uti accuratè oſtenderunt *Bach. hic. p. 604. itidem Hunn: hic. q. 43.* Quare cum in ambiguis pro dote reſpondere debeamus. *l. 85. de R. I.* tantò magis etiam in certis & indubitatis juris articulis, ſicuti ex veriori no-

ſtra

ſtra ſententia certum & indubitatum hoc eſt, mulierem contra eos qui etiam expreſſam hypothecam anteriorē habent, dotis privilegium habere; Et licet dubia & ambigua hæc quæſtio adverſariorum diſputationibus reddita ſit, idem ideò adhuc reſpondere melius erit. *d. l. 85.* ex quibus efficitur, ſingula verba *Geilii. 2. O. 25. n. 10.* dicentis, quod contraria opinio magis ſit *juri ſcripto, rationi, & æquitati* conſentanea, errorem continere: nam erroneum eſt contrariam opinionem *juri ſcripto* magis eſſe conſentaneam, per 8. rationes à *Bach. hic.* deductas; erroneum etiam eſt, eam eſſe *æquitati* conſentaneā, per ea quæ dixit *Hūn. hic. in reſp. ad arg. 4.* & quæ dicit *Bach. hic ſub 6. rat.* erroneum deniq;, eam eſſe *rationi* conſentaneam, per ea quæ dicit ipſe Juſtin: *in d. l. aſſiduis. verſ. quis enim earum non miſereatur:* ubi pro ſua Lege rationem ex miſericordiæ viſceribus depromptam, ſubjicit. Acceſſerunt *Bach. & Hunn.* *Th. 5. lit. k.*

Recedo à Tr: exiſtimante mulierē etiam ei, cujus pecunia res comparata fuit, præferendam eſſe, receſſerunt quoq; *Bach. hic. p. 608. Hunn. hic. q. 46.* quorū ille tamen dilucidius & abſolutiùs controverſiā hanc definivit, cum quo adeò rectè ita ſtatui exiſtimo, quod Mulier aut concurrat cum prioribus ſimplicē tantum hypothecā habentibus, nō Jus ſpeciale prælationis, & iis proculdubio præferetur; aut cum iis qui tale jus prælationis habent, cujus vigore anterioribus hypothecis præferuntur, qualis eſt creditor noſter, qui in rem emendam aut reparandam pecuniam dedit. *l. 6. C. qui potior.* & tum inter hunc & mulierem ordinē temporis ſervandum eſſe defendā: Sic ut ſi creditor iſte prior crediderit pecuniā, mulieri præferatur; & ergo hoc male negaverit *Tr: noſter hic*, pro quo

Digitized by Google

neq; ideo facere poſſunt ea, quæ paulo antè diſputavimus ex *d. l. aſsiduis*, nimirum, mulierem præferri omnibus creditoribus, quamcunq; etiam anteriorem hypothecã habentibus: quoniã rectiſſime monuit *Bach. hic.* quod generalitas *d. l. aſsiduis*, obtineat in iis hypothecis, quæ ſimplices ſunt, hoc eſt, annexum habent privilegium ſimplicis temporis, non etiam quæ ſunt cum jure prælationis, hoc eſt, habent annexum Jus ſpeciale prælationis contra hypothecas anteriores; atq; hinc *conſtitutio d. l. aſsiduis*, pertinet ad concurſum mulieris cum creditoribus ſimplicem hypothecam habentibus; Quæ magis placent, quam quæ *Hunn. d. quæſt. 46. verſ. nec quicquam moveor*: reſpondere voluit.

Ead. tb. & lit. verſ. & hoc privilegi: &c

Accedo Tr: & receptæ omnium doctorum ſententiæ, nimirum Jus iſtud prælationis, de quo *in d. l. aſsiduis*, etiam mulierem liberis competere, *arg: d. l. aſsiduis, verſ. exceptis, ubi ait Juſtin: ſe ſervare liberis ſimilem prærogativam quaſi adhuc matre eorum vivente, &c.* Acceſſit quoq; *Bach. hic p. 613.* Receſſit tamen *Hunn. hic quæſt. 49.* ſecutus Antonium Fabrum, cum quo ipſe ſæpiùs alias ſtatuere, & à receptis ſententiis diſcedere ſolet, quod fortè ut ego crediderim rationes Fabri ipſe primus diſſolvere & refutare rarò potuerit, utpote novas & argutas, neq; apud *Donell: Facbin: cæterosq;* paſſim obvias &c. ut ut alii judicent, mihi ad eas ſat probabiliter reſpondiſſe videtur Bach: qui quoq; ſæpiſſimè feliciter alibi alias, ejusdem Fabri rationes & ſententias examinavit & exanimavit. Et crediderim quoq; ego, ſi Tr: noſter toties Fabrum ſecutus non fuiſſet, neq; ab elegantia commendaſſet, Bach. etiam toties ipſi non contradixiſſe oblocutumq; fuiſſe. Quicquid tamen ſit, ego cuiq; ſuum tribuo.

In

In quæſtione, an actiones, quæ ex cauſa interdictorum competunt, ſint actiones in rem, vel in perſonam? ferè pronunciarem *mihi non liquere:* adeo variæ hic occurrunt conſiderationes, quas proponit & conſiderat *Bach. hic p. 635. & ſeqq.* Interim profiteor, recedere me à Tr: ſimpliciter ſtatuente eſſe *actiones reales*, itidem ab *Hunn. hic quæſt. 3.* ſimpliciter affirmante eſſe *actiones perſonales;* enimvero cum non ſint uniusmodi interdicta omnia, etiam non ſine difficultate & periculo ſtatuitur & affirmatur, indiſtinctè omnia interdicta aut eſſe realia aut perſonalia, quid igitur dicendum? Dico hoc; propriè ad neutram vel actionum perſonalium, vel realium, pertinere interdicta, idq; oſtendit mihi *l. 68. inf. de rei vind:* & vel ipſa titulorum *Inſtit. de act: & de interd.* ſejunctio arguit: quia vero interdicta aliquid participant de condictionibus & vindicationib9, habentq; qualitatem aliquam conſimilem cum iisdem; veluti ita, quod ex contractu datur interdictum, etiam in hæredes datur, *arg. l. 49. de O. & A.* quod verò datur ex cauſa quaſi dominii, etiam contra quemvis poſſeſſorem datur. *arg. l. 43. de rel. & ſumt. fun. l. 2. §. 2. de interd.* Ideò dixerim & hoc, interdicta ſive actiones pro his competentes, potius ad *mixtas actiones*, quas eſſe defendi ſupra *ad diſp. 19. th. 1. vol. 1.* referri poſſe & debere; atq; ea noſtra eſto adſertio. *Diſp. 25. th. 1. lit. c. verſ. actiones vero.*

Accedo Tr: dicenti reſtituendum eſſe ex interdicto unde vi etiam manifeſtum prædonem, & quidem etiam contra eum, quem conſtat dominũ eſſe; quoniam hoc interdictum proponitur omni qui vi dejectus, daturq; contra quemcunq; dejicientem *t. t. de vi arm.* & ergo ab hac generalitate, citra textum recedere temerarium vi- *Th. 5. l. c. verſ. etiã cum manifeſtus &c.*

Digitized by Google

deri debet. Receſſerunt tamen *Bach. & Hunn. hic*, quia non niſi abſurdè hic ſectemur ambages, & cogamus dominum rem reſtituere prædoni, qui mox domino agenti peritorio rem ſit certè reſtituturus; ſed cum ambages & circuitus iſtos Juris ordo propter violenti invaſoris odium ſtatuerit, eos ſectari, abſurdum non videtur, & poteſt inſuper pro Tr: eſſe hæc ratio, quod in hoc interdicto, non quæratur de proprietatis Jure ſed de ſola poſſeſſione, uter in ea ſit præferendus, ſed contra dejicientem dejectus recte intendit ſe potiorem eſſe debere, propter dejectionem; quæ ratio etiam efficit, ut contra dejicientem tantum hoc detur interdictum, non contra quemcunq; poſſeſſorem alium *l. 7. de vi arm:* etſi hic quoque vi poſſideat *l. 15. ff. eod.* quod tamen Pontificio Jure ſec9 eſt, *c. ſæpe. de reſtit: ſpoliat:* exiſtimo namq; cum *Fach. 8. c. 12.* conſtitutionem *d. c. ſæpe.* ad bſpoſſeſſorem tertium titulatum extendi nec poſſe nec debere. Sed hoc quoq; docuit *Menoch. de rec. poſſ. rem. 15. n. 67.*

Diſp. 26. th. 1. lit. a. verſ. at actio origine Jgent.

Accedo Tr: & Bach. ſic rectè inferentibus; *actio eſt Jgentium: ergo & actionis depulſio* ratio conſequentiæ, quia cum exceptiones excludant actiones, abſurde iis antiquiores vel juniores ſtatuentur. Antecedens autem vel hinc ſatis comprobatur, quod actiones dentur ad illud quod eſt meum vel tuum *§. 1. I. de act:* meum vero & tuum ſunt de Jgentium. *l. 5. de I. & I.* hæc duo in Judiciis apud magiſtratum actionibus competentib9 perſequimur. Atqui magiſtratus & judicia ad Jgent: referuntur *d. l. 5.* ergò & actiones, *arg. l. 6. §. f. de neg. geſt.* Receſſit tamen *Hunn: hic.* qui Jcivili Romanorum tantum adſcribit actiones, quæ iniquiſſima ſententia eſt,

quis

quis enim populus deniq; nominari poterit, qui non ſua Judicia in politia ſibi conſtituerit defenderitq;? ut parum Hunn: adjuvat *l.2. §.6. de O. I. ibi actiones ex JCivili compoſitæ ſunt.* quæ magis eſt ut etiam eum oppugnet, ſiquidem ſi compoſitæ ſunt: ergò ex materia præexiſtente *d.l.2.*§. *2.* quæ præexiſtens materia erit de Jgentiũ, & ergò ipſe modus exercendi formulæq; proponendi actiones non eſt confundendus cum earum materia & origine, ut mirari & mihi jam ſubeat Judicium *Cl. dn. Hunnii cum Bach. hic. p.718. in f.*

Recedo à Tr: exiſtimante cum Vultejo, præjudiciales actiones, quæ ſcilicet moventur de ſtatu, V.C. *an quis ſervus an liber, libertus an ingenuus, filiusfam: an ſui juris ſit;* eſſe actiones perſonales: Quoniam hujus ſententiam perfectiſſimè refutavit *Gotofr: Auton. in diſp. 3. Antivult. à th.32. usq; ad Th. 135.* quibus quod alii addant, nihil habent, receſſit ideo rectè ab eodem quoq; *Bach. hic. p. 742.* mihi ſufficit unica hæc ſolida ratio: actiones præjudiciales cum non naſcantur ex obligatione, ſicuti hoc ipſe Vult: qui hujus rei tuba eſt, largiter concedit, inde validè concludo, non eſſe actiones perſonales: ratio conſequentiæ, quia obligatio eſt unica mater actionum perſonalium *l.25. pr. de O. & A.* §. *1. I. de act:* ut adeo nulla ſit perſonalis actio, niſi ex obligatione. Verum præſupponit Vult: omnino hoc principium eſſe firmum, quod actiones perſonales naſcantur ex duplici fonte, *ex obligatione & poteſtate.* Sed ſi unquam alibi, hic profectò veriſs: *dato uno inconvenienti, ſequi plura;* oritur ſiquidem hoc poſterius ex priori falſo commento, quaſi obligationes ad Jus perſonarum verè pertineant, *Vid. Bach. hic p. 743.* & optimè *Gædd.* inquit alibi

Th. 4. lit. a verſ. unde puto colligi.

libi ſic Jus perſonarum, cum Jure perſonali malè confundi, quæ, etſi quidem per ſe videantur unum idemq; ſonare, ex re tamen ſubjecta & uſu JCtorum, non idem ſignificant: & ergo, hinc ſi perſonales non ſunt, concludo jam eſſe eas reales; & licet ego præter actiones perſonales & reales meras cum *Juſtin: in* §. *20. I. de act:* etiã mixtas agnoſcam: ad haſce tamen præjudiciales illa referri nequeunt. Iſtæ enim mixtæ cum ideò ſint & dicantur, quod partim ex obligatione, partim ex Jure dominii conſtent, *d.* §. *2.* jam vero uti ante dictum & conceſſum, cum præjudiciales hæ nihil ex obligatione participent; quare neq; ad mixtas pertinere poterunt *V. latius Godofr. Antonii. d. diſp. 3. th. 33. & ſeqq.* quia vero multum participant de actione in rem *V. ſolidiſſ: Godofr. Ant. d. loco*, in rem itaq; eſſe videntur §. *13. I. de act:* propriè equidem non ſunt, cum non ſint de vero, ſed tantum q. dominio. quibus conſequenter iterum licet mirari, *Hunn: hic quæſt. 10.*

Diſp. 27. th. 1. lit. g. Stipulatio inutilis eſt, ſi quis ad interrogata incongruè reſpondeat. incongruè autem reſpondetur ſi quid adjiciatur, vel detrahatur obligationi *l. 1.* §. *3. de V. O.* incongruitas illa potiſſimũ in quantitate & qualitate eſt: *in qualitate* eſt, ſi ſub conditione ſtipulanti purè reſpondeatur, quo caſu vitiatur ſtipulatio, *d. l. 1.* §. *3.* niſi tamen ſtipulatori diverſitas reſponſionis illico placuerit. *d.* §. *3.* hoc eſt, ſi ejusmodi reſponſione ſe contentum eſſe ſtatim fuerit atteſtatus, *V. Hunn: quæſt. 9. In quantitate* eſt, ſi vel plus, vel minus reſpondeatur, & putaverim ego cum *Bach. hic.* utroq; caſu ſtipulationem citra aliam approbationem valere, per *d. l. 1.* §. *4.* ad quem

§. falſa

§. falſa eſt, adverſatiorum reſponſio, ſtipulationem ibi valere, quod diverſitas reſponſionis illicò placuerit, ſi enim diverſitas reſponſionis illicò ſtipulatori placeat, non ex eo valet ſtipulatio quia in 20. decem inſunt, quæ ratio *JCti eſt in d.* §. *4.* Sed quia ſuperveniens ſtipulatoris approbatio eam confirmat *d. l. 1.* §. *3. V. Hunn: quæſt. 11.* ſed valde obſtat §. *5. I. de inutil: ſtipul:* de quo ideo videbis *Bach. hic p. 804. in m.* eſt etiam alius qui ſic opponat; ſtipulatorem & promiſſorem non cenſeri in utroq; caſu animum obligandi ſeſe habere: ſiquidem interrogans de majore ſumma videatur diſſentire, quod de minore ſumma negotium illud nolit contrahere; reſpondens vero, de majore ſumma videatur irridere, quod ſuum nemo velit jactitare: ſed reſpondeo; quod imò magis ſtipulator ad oblationem minoris ſummæ tacens, credatur eam acceptare ex vulgato iſto, quo tacens habetur pro conſentiente, ſicuti quoq; promiſſor ſeriò potius & præmeditato, quam joco promiſiſſe credi poteſt & debet, ex vulgato, quo ſermo dicitur eſſe index animi, atq; ſic Tr: partim accedo, & ab eo partim recedo.

Nobiliſſima eſt illa diviſio ſtipulationum in *dividuas* & *individuas*, circa quam unum hoc inquiram, quod valde controverſum eſt, & ſane perquam utile, ſiquidē clauſula doli fermè in omnibus contractibus adhibetur *l. 119. de V. O.* ſicuti & noſtris moribus ſemper in fine adjicitur trewlich vnd ohngefehrde *ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης* nunquid igitur ſtipulatio hæc, *dolum malum abeſſe*, dicetur dividua? ita quidem videtur *Tr: & Hunn: quæſt. 37.* contrarium tamen magis placet *Bach. hic.* tametſi ipſe explicationem *l. 4. pr. & verſ. ſed videamus:* in medium relinquat, ſed cum quæſtionis hujus effectus per magnus *Th. 4. lit. a. inf.*

Oo ſit,

ſit, certi quid conſtituendum erat, quare exiſtimarem, prout factum doloſum eſſe poteſt dividuum & individuum, etiam ſtipulationem doli interdum eſſe *dividuam* interdum *individuam* : & ergo *hoc caſu* uno hæredum dolum committente, contra omnes hæredes, ſtipulatio in ſolidum committetur, ut tamen quod cæteri præſtiterunt ſtipulatori à coherede, judicio familiæ erciſcundæ repetere poſſint *l. 44. §. 5. fam. erciſ.* ſed *illo*, pro portione tantum hæreditaria, adeoq; ſolus ille, qui dolum admiſit, tenebitur. quæ videtur eſſe mens & ſententia *Giſan. ad d. l. 4. n. 30. de V. O. in lect. Altorf.* cujus verba nudè tranſcripſit *Hunn: hic. d. quæſt. 37.*

Diſp. 28. th. 3. lit. a. Si quæ pulchra, difficilia, quæ utilia, neceſſaria ſunt, certè pulchrum & utile erit, conſiderare, an in crim: fidejuſſor intervenire poſſit? in qua quæſtione licet accuratè diſtinguat *Bach. hic p. 910.* cum ipſo tamen vix ac ne vix quidem fidejuſſorem de reo judicio ſiſtendo admiſerim, caſu quo delicto probato, pæna capitalis irroganda veniret, quoniam ita facilè accidere poſſit ut aut delictum hoc maneat impunitũ, aut ipſe fidejuſſor pœnæ fiat ſuccedaneus; enimverò cum conſcientia mille teſtis ſit, reus malè ſibi conſcius fidejuſſore dato, dimiſſus, proculdubio aufugiet, ut pænam ſibi aliàs certò certius ſubituram effugiat, poſito ergo, quoniam hoc contingere poteſt, reum fugiſſe & latitare, ſiſtiq; haud poſſe, quomodo eo caſu ſatisfieri poſſit reipubl: non animadverto: Sanè ut quis fidejuſſorio nomine, pro alio ſupplicium luat, Jus noſtrum non patitur; quid igitur admiſſus fidejuſſor præſtabit? ipſe quidem ſi aliquid dolo malo, ut reus effugeret, & non ſiſteretur, commiſit, etiam

capi-

capitaliter puniri poteſt. *l. 4. de cuſtod. reor.* quod ſi tamen negligentia vel culpa ejus id acciderit tantum pecuniariter tenetur, *arg. l. 7. de ſicar.* quomodo jam reipubl: omnino nō ſatisfiet, quid etiam ſi interim, cum noſtro ſeculo protrahatur in longum tempus proceſſus, fidejuſſor factus non ſolvendo? *V. Bodin. 4. de republ. c. ſ. ferè inf.*

Videam9 de illa quæſtione, Num fidejuſſor in ampliorem ſummam accept9, teneatur ſaltem pro parte concurrente? quam affirmant *Tr: & Hunn: quæſt. 27.* ſed penè negat *Bach. hic. p. 930.* ubi & inquit, in negantem ſententiam communius itum eſſe, ſane ipſe *Bach.* bene advertit referre an quis ſtipuletur à fidejuſſore *majorem ſummam*, quàm revera alter debeat, an vero ipſi *debito æqualem*; hoc caſu veluti ſi ſtipulanti à fidejuſſore 10. quæ revera etiam alter debebat, reſpondeat fidejuſſor 20. non ſimpliciter inutilis eſt fidejuſſio, ſed quoad 10. valet, quoad reſidua. 10. vitiatur *V. Hunn: d. q. 27. verſ. ecce hic aſſerit JCtus, &c.* & pro hoc caſu fortiſſimè concludit allatum argumentum ſecundum à *Bach. d. p. 930. in f. V. quæ dixi ad diſp. præced. 27. th. 1. lit. g.* & quoniam Hunn. hunc caſum tantum proponit adſtipulatorem habet *Bach. p. 933. in f.* ſed alter ille caſus difficilior eſt, veluti ſi quis ſtipuletur à fidejuſſore 20. cum principalis 10. tantùm deberet, atq; eo caſu nullam fidejuſſionē eſſe, verius credidit *Bach. hic. per l. 8. §. 7. de fidejuſſ.* quod & ipſe fermè mihi perſuaſit. Cœterum obſtat graviſſimè *l. 11. §. 1. de conſtit: pec.* ubi qui 200. conſtituit, cum 100. tantum deberet, obligatur tamen in concurrentem ſummam ſc: in 100. Difficile autem eſt dare conſtituti & fidejuſſionis differentiam, ſed nihilominus aliqualem Th. 4. lit. b

Digitized by Google

ſtruit *Bach. hic d. p. 933. in m.* & juvare poteſt, quod diſſentiens *Vasquius. 1. ill. contr: 40. n. 5.* ad *d. l. 11. §. 1.* reſponderi poſſe putat, ſæpè etiam paribꝰ cauſis diſpar Jus conſtitutum reperiri &c.

Diſp. 29. tb. 2. lit. b. Accedo *Tr. & Bach.* quæſtionem hanc, an debitor invito creditori particularem ſolutionem obtrudere poſſit? negantibus, à quibus receſſit *Hunn. hic. quæſt. 1.* qui ſcribere non veretur, theoricæ veritati magis convenire affirmativam: effectus quæſtionis eſt in eo, an curſus uſurarum & quatenus inhibeatur, aut translatio periculi ſolutione partis fiat: pro *negativa* putat *Bach. hic* textum expreſſum eſſe *l. 41. §. 1. de uſuris.* putantq; idem cum ipſo omnes conſentientes alii. Verum Judicio *Hunn: hic verſ. reſp. nam dum ex hoc &c.* falluntur illi omnes graviſſimè & toto cælo aberrant, quippe quod in *d. §. 1.* uſuræ ſtipulatio adjecta fuerit, quæ cum ſit individua, ideò fieri ut integræ pecuniæ præſtari debeant; ſed craſſa hæc hyperbole eſt & inſuper falſum uſuræ ſtipulationem eſſe individuam, uſura quippè, tanquam acceſſoria uti principale & ſors, dividua eſt, aliud tamen eſt de pœna adjecta, quia ea in hunc finem, ne divideretur alioquin dividuum appoſita cenſetur, atq; hoc ſolũ probat ab *Hunn: d. Verſ. allegata l. 25. §. 13. fam: erc: & l. 5. §. 4. de V. O.* ut bene perſpicuam differentiæ rationem uſurarum & adjectæ pœnæ dederit *Bach. hic. p. 992. in f. & p. ſeq. pr.* ſunt duo tamen ſpecioſa pro *affirmativa* ſententia argumenta. 1. ubi eſt obligatio ſive ſtipulatio dividua, ibi præſtari poſſunt partes, ſed hæc noſtra quæſtio pertinet ad obligationem dividuam inquit *Bach. hic p. 992. poſt m.* ergo &c. ad quod ipſe *p. 995.* reſpon-

d re

de re: videtur propoſitionem intelligendam eſſe de creditore volente, cui permiſſum ſit Jus actionem dividendi &c. 2. quod cum demum pœna adjecta teneatur debitor integram ſortem ſimul ſolvere *d.l.25. §.13.d.l.5.§.4.* & ergo regulariter citra eam, partem tantum poſſit; ſed negaverim conſequentiam, de qua inter diſputandũ.

Hodiè propter mutationes & corruptiones, quæ rem monetariam invaſerunt, frequentiſſima hæc quæſtio eſt, utrum conſiderandum & inſpiciendum ſit, quando ſors reſtituenda eſt, quis valor & quæ æſtimatio monetæ fuerit tempore contractus, an quis ſit die ſolutionis? V. G. Titius accepit à Mævio *100. aureos, vel thaleros Imper. vel aliam minorem monetam*, ipſe poſt aliquot annos, ubi interim aureorum, thalerorum, vel nummorũ *precium creverat*, ex Lege conventionis ſortem exoluere compellitur: oritur hinc controverſia inter T. debitorem & M. creditorem. Alii quicquid etiam exiſtiment, pronunciarem ego, æquumq; eſſe judicarem, ut T. debitor, aut ſolvat tot corpora quot acceperit, *veluti 100. aur. vel thal. Imp. V. Bach. p. 998. in pr.* aut ſolvat minorem monetam, in ea bonitate intrinſeca, quæ fuerit tempore contractus, cœterum hoc, quia ipſi per difficile futurũ eſt, alterius generis nummos ſolvere quidem poterit, ſed ut tamen habeatur ratio ejus valoris, qui nunc eſt, non qui tempore contractus fuerit, h. e. ut ſi in ſpecie non ſolvãtur aurei, thaleri, &c. tot groſſos ſolvere oporteat pro ſingulis thaleris, quanti ſunt jam tempore ſolutionis. Atquin ſic, *dices*, lucrum ingens creditori accedet; ſed falleris, ſicuti & vulgus falli ſolet, dum ſe ditari credit, quoties creſcit monetæ valor: Sicut enim nummorum precia augentur, ita etiam creſcunt mercium *th.2. lit. c.*

rerumque precia. *l. 2. C. de vet. numis. pot. lib. 11. Bach. hic p.999. in f. & p. ſeq. pr.* E contrà, ſi interim aureorum, thalerorum, groſſorumve valor à tempore obligationis *decreviſſet*, neq; debitor tenebitur plures aureos, thal. &c. reſtituere, *Bach. p. 989. in f. n. 1.*

Diſp. 30. th. 3. lit. g. Libet, ſed paucis hoc dicere. Inveniuntur etiamnũ hodiè primi ordinis *JCti*, politiq; oris *politici*, qui punitionem furum & ſuprà juſtum eſſe, & non ex uſu publico planè exiſtimant; quibus cum vix ego fecerim, defenderim potius pænam laquei, & *juſtam* eſſe, ſi videlicet non rem, ſed qualitatem delicti intueamur, non cauſam ſed effectum & finem: optimè *Cicero;* detrahere aliquid alteri, inquit, & hominem hominis incõmodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quam paupertas &c. & *utilem* eſſe; quod enim medicamenta morbis & corporibus præſtant, ut periculoſis morbis extrema adhibeantur, hoc exhibere debent jura reipublicæ & negotiis, ut multis maleficiis graſſantibus, aſperiora ſupplicia decernant, &c. & ſanè *contra* verbum Dei pœnam ſtatuere, citra Dei contumeliam, non poſſumus, aſt rectè *præter* verbum Dei, præſertim in politicis, pœna autem laquei præter verbum Dei eſt, ſcilicet Judæorum Repub. cum ipſis legibus exterminata; & inſuper exempli ratione ſupplicia exacerbari permittitur, etiam genus pœnæ immutando, *per elegantem & ſufficientem textum l. un. C. de ſuper exact.* Parum vero eſt, quod regeritur, nec hodie tamen minorem eſſe furum numerum, tametſi in eos gravius animadvertatur; quoniam iſtinc admonemur, pœnam eam nequaquam eſſe mitigandam, vel aliàs malefici,

velut

velut præmio quodam ad maleficium ſe invitatos interpretarentur. Ita accedo *Tr. & Hunn.* Receſſit, ſed eruditè, *Bach.*

Accedo *Tr: & Hunn:* exiſtimantibus furem, rupto laqueo, decidentem, denuò ſuſpendendum eſſe; quoniam ſemper ſtandum regulæ, usq; dum exceptio probetur: ſunt autem regulæ, Furti convictum & damnatum eſſe ſtrangulandum, *art. crim. 162.* ab ea vero caſus propoſitus nullibi legitur exceptus. Judicum ſententiæ debent realiter executioni mandari *t. t. de re jud. & de effectu ſentent:* quare & in propoſito caſu muß der Dieb mit dem Strang vom Leben zum Todte gebracht werden *d. art. 162.* Clementiores proinde ipsâ lege ſunt, qui furem talem ſtatim liberari dimittiq; volunt. Unus ipſorum ita opponit. Duplicem pœnam pro uno delicto nemo ſubire debet. Ergò fur in præſenti caſu haud iterum ſuſpendendus; ne puniatur ſeſqui ſuſpendio, qui ad ſuſpendium condemnatus. Et maximè, inquit ille, ſecundum ſuſpendium inhibebit judex, ex quo plus doloris in metu ſtrangulationis eſt, quam in ipſa ſtrangulatione; Imò funis collo circumductus omnem ſenſum aufert, ita ut ulterius nullum cruciatum corporis ſentire poſſit ſuſpenſus, ut ſic verè eum ſtrangulatum dicere poſſis, cui ex ſtrangulatione nullus cruciatus reſtat. Hæc diſputat ille, quæ aliis admirari propoſui. Quamvis haud dixerim hunc reum è veſtigio rurſus ſuſpendendum eſſe, poteſt executio interim differri, reo tamen in carcerē recepto, & ſummariè de cauſa inquiri. *Bach. hic. p. 1103. in m.*

Th. 3. lit. ead. g. verſ. unde quaſitum.

Accedo Tr: cui & acceſſerunt *Bach. & Hunn. hic* exiſtimantibus, volentem occidere Titium, ſi lapſus in per-

Diſp. 32. th. 6. lit. A.

perſona, occiderit Sempronium, ordinaria *l. Corn. pœna* teneri, tum, quod ſi enim ex l. Corn. tenetur, qui occidendi alicujus cauſa cum telo ſaltem ambulavit, multò magis teneatur, qui inſuper hominem occidit; tum maximè, quod error, qui non eſt in propoſito, ſed tantum in objecto, nequeat excuſare, cum homicidium in cujuscunq; perſona ſit illicitum, adeoq́; non attendatur, quem quis occidat, modo animum occidendi aliquem habuerit, *Bach. hic.* juvat optimè hanc ſententiam *l. 18. §. 13. de injur. ibi prævalet quod principale eſt, nam certus ego ſum, licet ille putet, me alium eſſe quam ſum:* ſecundũ quæ, ego cum Claro, ſi caſus iſte contingeret, juberem tali homicidæ caput amputari; nihil obſtabit, etſi dixeris, errorem tamen perſonæ, excuſare mandantem occidi Titium, ſi mandatarius occiderit Sejum; & ergo cur non æquè ſi idem ipſe abſq; mandato occidere volens Titium, occiderit Sejum ignotum, excuſetur? quoniam parum alias interſit, occiderit quis, an cauſam præbuerit, *l. 15. de Sicar.* etenim ſimilè hoc plane eſt diſſimile, etſi eſt, currit quatuor pedibus, quod audies inter diſputandum.

Th. 6. lit. g Quæ *Tr: hac lit. g. verſ. duellum:* proponit, ea Bachovio *hic. p. 1280. in m.* impia, divino, Civili & Canonico juri contraria & damnata, & JCto indigna eſſe, videntur; atq; ita & mihi fermè videtur. Quare magis ſtatuam, provocatum, **biſtu ein redlicher Kerll und kein ſchelm/ ſo komme herauß und wehre dich meiner** &c. in loco tuto tamen cõſiſtentem, non teneri comparere, imò neque debere, neq́; ſi comparuerit, impunè provocantem occidere poſſe. Etenim tum demum ſibi ipſi jus dicere permiſſum eſt, quando quis de vita periclitatur, quam adeò

adeò contrà inſultantem tueri quisq; poteſt & debet, cœteroquin reipubl: intereſt, ne ſingulis concedatur, quod publicè per Magiſtratum fieri oportet, *per jura vulgata.* Et dic quæſo, quodnam hoc caſu moderamen inculp. tutelæ, quæ defenſionis & injuriæ illatæ proportio? tu verbis tantum laceſſitus, injuriantem tantum necas, trucidas & proculcas. Inquies; fama & vita pari paſſu ambulant, ſed perineptus eſt, quisquis vulgatum iſtud dicterium ſeriò huc accomodat. *V. Freher: de fama, c. 10. inf.* & verè *Bach: p. 1279.* putat, nec quenquam tàm vacui capitis eſſe poſſe, ut non intelligat latiſſimam hac in re vitæ & famæ differentiam. Multos tamen ſe fellit primo intuitu. P. H. D. *art. 140. ibi, ſine honoris & famæ ſuæ jacturâ:* Sed certè illi non levi crimine ſeſe obſtringunt, quod judicio pravo hujusmodi ſententiæ patrocinentur, & periculosè gratificentur.

Accedo *Tr: & Bach:* ſtatuoq; ex L. Juliâ pœnam adulterii non fuiſſe capitis, ſed ad ſummum relegationis; *Prius* probat Bach. argumento omni exceptione majore, quoniam ipſis Legis juliæ verbis prohibitus quis fuerit damnatam adulterii ducere, itemq; damnata adultera teſtimonium dicere prohibita fuerit. *l. 18. de teſtib. l. 29. §. 1. de adult.* inauditum v. & magis ineptum ſit talia prohibere Legem eam, quæ pœnam capitis indixerit. *Poſterius* confirmat *l. 5. de quæſt.* ſi enim ob duplicatum crimen demum deportandus erat adulter inceſtuoſus, *d. l. 5.* Sanè ad ſolum adulterium puniendum ad ſummũ relegationem ſatis fuiſſe, hinc arguitur. Sed præter varia, quæ huic ſententiæ objici ſolent, hoc principale eſt, quod ait *Juſtin: in §. 4. I. de publ. jud. L. Juliam temeratores alienarum nuptiarum gladio puniiſſe:* Bachovius ta- *Th. 2. lit. d.*

men verè reſpondet *p. 1245. poſt pr.* pro quo adfero exemplum in Sᴄto Trebell: cujus nihilominus ea rectè dicuntur, quæ erant pòſt ex Sᴄto Pegaſiano ſancta, *§. 7. I. de fideicom: hered.* Juvat hæc quod idem *Juſtin: N. 134. c. 10.* pœnam capitalē ad Conſtantinum referre videtur.

Atq́; haſce qq: proponere, deq́; iſtis, ſententiam meam liberè, ſicuti in omni libera repub: liberæ debent eſſe voces, exponere volui: Dabitur aliquando occaſio commodior, diffuſius inquirendi in easdem & plures alias. Sane potuiſſem longè plura adferre, præſertim ſi in ſingulas rationes, quibus in reſolvendis & opponendis argumentis *Dn. Hunnius* utitur, inquirere voluiſſem, ſed hunc laborem ad ipſum diſputandi actum, rejicio: audio tamen id facere *Dn. Bach.* in cæpto collegio ſuo *de actionibus*. Sufficiet mihi hac vice oſtendiſſe, quid lectori candido de ſcriptis *Clariſſ: Dn. Bach.* & *Dn. Hunnij*, habendum ſit. Quod ſtatim dixi in principio harum pagellarum, redarguendum eſſe eum, qui ſcrinia compilet, jejunè indaget, crambemq́; recoquat; deprædicandum verò qui ſtudiosè indaget, diſtinctè explicet, otioſaq; omittat, de hinc cuiq́; judicare licebit. Mallem tot & tot odioſas & otioſas repetitiones ab *clariſſ: Hunnij* tribus voluminibus abeſſe: Mallem etiam ipſum ab aliorum ſcriptis verbotenus deſcriptis, manus abſtinuiſſe. Sed hæc diſſimulaſſem & ego quam libentiſſimè, niſi ſtudioſorum amor ſilentium perrupiſſet. Etenim cum iſta volumina omnium Juri operam navantium oculis manibusq́; terantur, operæ pretium accepturum me credebam, ſi *neceſſariam* hanc *informationem* ipſis communicarem. Quod ergo jam facio, & tuum, optime Lector, favorem & amorem depoſco. Scies velim,

tui

tui me per quam ſtudioſiſſimum eſſe. Cœterum quod ſæpius ab *Dn: Hunnij*, rarius à *Dn: Bachovii* opinione receſſerim, hujus rationibꝰ melioribus coactus feci, quomodo à præceptore ſuo ſemper diſſentire licebit, ſi ſcilicet ut id faciat à veritate cogatur. Et cum ita à ſe diſſentientes pro gratiſſimis diſcipulis ſe habiturũ profiteatur alibi Mœnoch: ſupervacanea fuerit ulterior mea excuſatio. Tantum rogatos omnes etiam atq; etiam volo, ne, quod peſſimi alii cupiunt & intendunt, alieni nominis ruina, gradum ſibi ad gloriam ſuam quærentes, de me ſuſpicentur. Scio omnes bonos ſuam gloriam ſingulorum utilitati libenter poſtponere. Ego tertium caput hoc concludam, & ſimul informationem hanccè meam, quam futurorum meorum Dnn: collegarum reſpectu, neceſſariam eſſe putavi, & ita hinc, ne calumnieris, inſcripſi, finiam, te iterum ſalvere valereq; cupio & opto, optime & cupide lector.

ERRATA.

p. 42. pro: in q. 25. lege. 24.

p. 50. verſ. in. th. 2. ibi poſt verba; non naſci *adde;* verum magis ex edicto prætoris:

p. 82. pro: In q. 35. lege: 53.

p. 89. verſ. In th. 2. adde; quidem ipſe negocium inchoaverit, aſt morbo interveniente, quomodo Tr: loqui voluit, abſolvere ne queat.

p. 155. verſ. 1. lege, præſcriptionis.

p. 167. ibi: manifeſtatione: *lege;* manifeſti actione. *ead. p. pro* uxor: *lege;* vox. *p. 251. verſ. 8. pro inſtituit, lege, ſubſtituit. p. 296. ibi, §. 13. de injur: lege. §. 3.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google